

AD CAP. FINALE RERVM SVM MA.

1 SI APPELLANS disſipat fructus ſequeſtrari ratio poſtulat.
2 Secunda ad noſtrum text. ratio.
3 Tertia ad noſtrum text. decidendi ratio.
4 Vera noſtri tex. ratio dupli ci ex præſumptione conficitur.
5 Vt huic ſequeſtrationi locus ſit à diffinitiua appellaſſe oportet.
6 Ad ſequeſtrum cauſæ cognitionem præcedere & diſsipantem in ius vocare neceſſe eſt.
7 Ab appellationis iudice ſequeſtrum fieri poſtquã ab eo appellatio recepta fuit.
8 Hac in ſequeſtratione fructus omnes venire.
9 Clem. vnicæ de ſequeſt. explicatio.
10 Clem. conſtitutio æquitate fundatur.
11 Definimus verbum nouam diſpoſitionem ſignificat.
12 Clem. ſequeſtrationem lata. i. apud curiam ſententia obtinere.
13 Clem. non obtinere vna contra poſſeſſorem lata ſed non in petitoris fauorem.
14 A poſſeſsionis ſententia an recte appelletur.
15 Clem. an in hoſpitali obtineat.
16 Clem. an in penſione locum habeat.
17 Clem. ſiue à principio, ſiue in appellatione apud curiam. i. feratur ſententia obtinere.
18 In Clem. appellationi non detrahitur, ſed malitiæ per ſequeſtrum conſulitur & qua ratione.
19 Clem. vnicæ & quoad cauſam, & quoad ſequeſtri materiam ius nouum eſſe.
20 Beneficij appellatione quid comprehendatur.
21 Dignitatis eccleſiaſticæ nomen quid ſignificet.
22 Perſonatus quæ ſit ſignificatio.
23 Primicerius in eccleſia quis.
24 Sequeſtratio in clem. excuſetur ne ſatiſdatione.
25 Sequeſtratio in curia quãdo cautione tollatur.
26 In Clem. contra triennio pacificè poſsidẽtem nõ fit ſequeſtratio.
27 Triennalis poſſeſſor an omnino ſecurus ſit.
28 Perfecta præſcriptione licet mala fides cognita ſit in foro, & in conſcientia ſecurus eſt.
29 Triennalis poſſeſsio non inchoata, ſed perfecta ſequeſtrationem impediet.
30 Triennium lite iam mota perfectum ſequeſtrationem non vitat.
31 Contra ſimoniacos non obſtante triennio ſequeſtrum fit expenſa Mandoſij praxi.
32 Ordinarius plerumq; in cauſis ad curiam delatis cognoſcit.
33 Licet non delegatus, ſed ordinarius ſit, non tamen abſque commiſsione poterit in clemen. ſequeſtrare.
34 Idonea perſona ad recipiendum beneficij ſequeſtrum quæ ſit.
35 Tria in decernendo ſequeſtro tempora conſidero.
36 Sequeſtrationis ſententia executionem habet.
37 Iudex ſequeſtrem minus idoneum eligens ſi ille non fuerit ſoluẽdo tenetur.
38 Sequeſtrum an penès iudicem, vel officiales fiat.
39 Inuitus ſequeſtrum an accipere compellatur.
40 Inuitus, vel volens ſequeſtrum ſemel recipiens, niſi ex cauſa & iudicis authoritate dimittet.
41 Vnus debeat eſſe ſequeſter an plures.
42 An mercedem petere ſequeſter poſsit.
43 Sequeſtri officium in locando & ſeruando conſiſtit.
44 Quantum temporis ſequeſtrum duret.
45 Lege partitæ. 2. tit. 9. part. 3. neque ius ciuile, neque Pontificium corrigi, ſed declarari.
46 Qua actione ſequeſter & ante quem iudicem ad reſtitutionem compellatur.
47 Clericus ſequeſter an ſecularis mandato reſtituat.
48 Ad arcendum ſcandalum eccleſiaſtica prædia, & eorum fructus ſequeſtrari à ſeculari poſſe.
49 Laici iudicis incapacitas clericorum, nec pacto nec iureiurando tollitur, conſentienteſque puniuntur.
50 Incompetentis & incapacis iudicis diſcrimen.


51 Incompetens ex incidentia fit competens, ſed in capax non fit ex incidentia capax.
52 Laicorum incapacitas quo ad res eccleſiaſticas diuina, an poſitiua lege conſiſtat.
53 An ad factum rei eccleſiaſticæ laicus competens.
54 Intellectus.c.ſi iudex laicus, de ſent.excō. in. 6.
55 Clericum ſequeſtrem ab eccleſiaſtica duntaxat compelli verior reſolutio.
56 Sequeſter ſi in re depoſita ius patronatus, ſit poſſit ne præſentare diſputatur.
57 Non præſentare communior præſentare & communior etiam.
58 Conductor in cap.ex literis.7.de iure patro.cur præſentet.
59 Creditor in.c.cū Bertoldus.18.de re iud.cur non præſentet.
60 Poſſeſsionē ad præſentandū ſufficere quo iure.
61 Vtile dominium ad præſentandum ſufficere in cap.ex literis.
62 Bonorum poſſeſsio nunquam ad præſentādum ſufficit, & ſic interpretandum eſſe.cap.cum Bertoldus.
63 Præſentandi poſſeſsio ad præſentandum ſufficit hæc eſt vera interpretatio.cap. conſultatio. de iure patro.
64 Noua ratione ſequeſtrem præſentare verius eſt.
65 Ex beneficijs fructibus præſentationes deducuntur omnes.
66 Sequeſtri natura quę ſuperſunt reſtituēda ſunt.
67 Sequeſtri natura ad finem cauſæ durat & inde reſtitutio fit.
68 Clem.vnicę pœna epiſcopos comprehendit.
69 Beneficij appellatione quādoq; dignitas venit Pontificalis.
70 In tertij præiuditium non cōprehēditur maius.
71 Inde nec iuris patronatus beneficium, niſi exprimatur nominatim laicorum illuſtrium regum.
72 Impediens, clementinæ an indiſtinctè pœnam committat.
73 Occupare in.d.clem.vitio verti.
74 Excommunicationis ipſo facto vis & poteſtas.
75 Excommunicationis in.d.clem. abſolutio ad ordinarium pertinens an abſq; illa forma valeat.
76 Clem.pœna contra impedientem ſequeſtrum, vel fructus occupantem quæ ſit.
77 Poſsit ne ordinarius declarare ſequeſtri violati pœnam commiſſam eſſe.
78 Lex iuſta in cōſcientia ad peccatum obligat ad pœnam ante ſententiam non obligat.
79 Niſi ipſo iure illa ſit ſecundum communem, ſed contraria & communior & verior eſt.
80 Lex in pœnam rei ſua aliquem ipſo iure priuās non obligat ante iudicis pronuntiationem, niſi ex iuſta cauſa primam rei adquiſionem prohibeat.
81 Excommunicatio ipſo iure illata quare ſtatim ante aliam declarationem obliget.
82 Sequeſtri violatorem non antea à iure ſuo cadere quam à iudice pronuntietur.
83 Huiuſmodi pœna & declaratio non obtinet ſi ſequeſtrum abſq; Clem.ſolemnitate fieret.
84 Hac in ſpecie legitima foret appellatio à iudicis declaratione.
85 An idem ſit in declaratione violantis iuſtum ſequeſtrum Cardi.& Bonifacius affirmant negarent rectius.
86 In excommunicatione ipſo iure illata nō opus eſt declaratione, nec ſi fiat appellatione impeditur.
87 Lex futura reſpicit niſi præterita exprimat.
88 Sequeſtrum in clem.nullitatis exceptione non impediri.
89 Text.in dicta clem.nullitatem reijciens celebris eſt.
90 Qua ratione nullitas reijciatur.
91 Clem.non obtinet in nullitate & iuriſdictionis defectu proueniente.
92 Nullitatis exceptione per legem excluſa quæ & iuriſdictionis defectu eſt non excluditur.
93 Clem.primam de re iud.ita obtinere.
94 Clem.vnicæ de ſequeſt.interpretatio.
95 Si ab executione appellatur abſque dilapidatione ſequeſtrum fit.
96 L. ab executione.C.quor.appel. intellectus.
97 In cap.quoties, el ſegundo.2.q.6.abſque diſsipatione ſequeſtratio fit.
98 In.c.quoties poſt ſex intellectus verior.
99 Regula ſequeſtrationis fallit ſi appellās diſsipat.
100 Appellatione pēdēte nil nouari, niſi diſipetur.
101 Attentatorum remedij poteſtas.
102 Noua fori iuris prudentia appellantem qui diſſipat contra ſequeſtrum attentatorum remedij non agere.
103 Appellatione an ſententia extinguatur, vel ſuſpendatur.
104 Ex qua præſumptione ſequeſtratio fiat in hoc text.
105 Diſipatio in prima & ſecunda inſtantia an pariter ſequeſtro cauſam det.
106 Diſipare quis dicatur ſi in ſuos vſus prudenter conuertit prima opinio.
107 Diſipat ſolum qui male vtitur ſubſtantia ſua ſecunda opinio.
108 In ſuos vſus conuertens ſi eſt ſoluendo non diſſipat tertia opinio.
109 Appellante diſtrahente an ſequeſtrum fiat.
110 1.& 2. inſtantiæ differentia quoad diſipationem.
111 Cautione an huius text. ſequeſtrum ceſſet.
112 An in clem.vnica ſequeſtrum ſatiſdatione non tollatur indiſtinctè.

FINIS.

GRECO

GREGORIVS IX. TEXT. IN CAP. FI. 5

De Sequestratione possessionum, & fructuum.



AB eo, qui à sententia prouocauit, fructus possessionis (si dissipentur ab ipso) possunt lite pendente rationabiliter sequestrari.



EXT. summa, si reus possessor à sentẽtia cõtra eum lata appellans fructus dissipat licitè sequestrantur

Pro ratione dubitãdi contra istã conclus. sic argumẽtor. Primò, dicta cõtra possessorem sententia, etiam non dissipãtem posse beneficium sequestro dari equitas suadet, text. elegans in Clemẽtina vnica isto tit. Frustra ergo appellantem hic, dissipare vt sequestratio fiat desideratur.

Secundo sic, argumentor, postquam aliquis ab exequutione appellationem interponit fructus dissipet vel non, penes sequestres deponi rescriptũ est. l. ab exectione. C. quorũ appellationes nõ recipiantur, & text. difficilis. in. c. quoties, el segũdo. 2. q. 6. sed noster text. in eadẽ specie appellatiõis obtinet, vt ex litera cõstat ergo siue appellãs dissipet siue nõ fruct⁹ sequestro dari possunt.

Tertiò sequestratio sui natura infesta, & prohibita est. l. vnica. C. de prohibita sequestratione. l. 2. C. de probationibus. c. 1. supra, eodẽ vers in eum statũ. l. defensionis. C. de iure fisci, lib. 10 ergo neq; hic sequestratio deberet admitti.

Quartò, appellatione pendente nihil innouandum est. l. vnica. ff. nil nouari appellatione pendente capitul. post appellationem. §. appellatione. 2. quest. 6. capitul. cum teneamur. 17. de appellatio. capitul. non solum de appellatio. libr. 6. capit. 1. & 2. supra, vt lite pendente, sed sequestrare & possesssione priuare innouare est dict. capit. 1. & 2. supra vt lite pendente dict. capitul. cum teneamur. & capit. non solum ergo appellatione pendente sequestrationi locus non est.

Quintò, sic argumentor sententia à qua est appellatum nullum sortitur effectum. l. 1. §. fi. in fi. ff. ad Senatusconsult. Turpilianum. c. venientes de iureiur. Sed hic à sententia fuit appellatum, vt cõstat ex litera ergo sententia nullum parat praeiudicium.

Sexto, Gregorius hic dissipatione fundatur, vt probat litera ibi (rationabiliter) sed propter dissipationem etiam in. 1. instantia sequestratio recte fit. c. 2. suprà isto tit. ergo citra appellationis causam dissipatio sequestrationi causam dat.

Septimò, satisdatione sequestratio cessat. l. Senatusconsult. 17. ff. de officio praesidis. l. si fideiussor. 7. §. si satisdatum. ff. qui satisdare cogan. l. litibus. 19. C. de agric. & cẽsitis. libr. 11. cap. 2. supra, de dolo, ergo & hic cautione impediri posset.

1 Quibus non obstantibus cõtrarium hic, à Gregorio. IX. diffinitũ est quod si appellans fructus dissipat sequestro dari posunt eius decidendi ratio in ipso scribitur. text. eò qui appellauit dissipante fructus sequestrari rationi consentaneum est & ea ratione regulam ex qua sequestratio prohibita est, & possessorem priuare in festum. ex. l. vnica. C. de prohibita sequestratione cum allegatis in cap. 2. supra, ad. 1. num. 20. limitari, vt si appellans dissipat sequestrationem iure permitti & ita docuit tex. in. l. Imperatores. 21. §. fi. ff. de appellatio. Vnde noster tex. à Gregorio. IX. proditus est. l. 1. titul. 9. partit. 3. Sed haec ratio non concludit, quare si appellans dissipauerit sequestrationem fieri ratio exigat,

2 Vnde. 2. nostri text. rationem decidendi eam esse veteribus placuit quod si sententia ab appellationis Iudice confirmatur appellans, ita cõdemnatus, fructus victori restituere debet. text. in. l. certũ. C. de reiuendicatione. l. sed etsi. l. 25. §. si ante. cum sequent. ff. de petitione haereditatis. & ita probat gl. vnica hic, sed communiter conuincitur, quia obligatio restituendi fructus non dat se-

q ucstro causam hic, licèt enim qui seruare fructus debet si dissipauerit dissipatio reuocatur, & cum alijs penès sequestrem deponuntur text. elegans in capit. 2. supra hic, tamen diuersa causa est, nec solum ex eo quod habenti causæ triumphum fructus restituere necesse sit, ex d.l. sed & si. §. si ante. & dict. l. certum sequestrationem hac in specie permissam esse asserendum est.

Primo quia sequeretur cũ in casu principali. Hoc est in. 1. instancia eadem sit obligationis ad restituendum causa ibi, etiam rectè sequestrationem fieri quod vtique falsum est, & contra recepta iuris principia quæ sequestrationẽ prohibẽt. l. vnica. C. de prohibita sequestratione cũ alijs: & ita Ioannes Andreas, Antonius & Abbas. nu. 5. Secũdò, quia cum fructuũ, & naturales, & ciuiles, & industriales sint, vt probaui in cap. 2. supra, nu. 17 & 18. iuxta fructuum & possessorum qualitatem restitutio facienda sit. ex dict. l. sed si. §. si ante. & in. l. fructus. 33. & ex diuerso. 35. ff. de reiuendicatione. & in dict. l. certum. C. eodem. §. si quis à nõ domino. Institu. de rerum diuis. cap. quãuis, de rest it. spoliatorum. Barto. in dict. l. & ex diuerso. Beroius in. d. ca. grauis magistraliter. Pinelus in l. 2. 2. parte. num. 48. cum alijs plurib. C. de rescindend. Menochius de arbitra. casu. 210. cum allegatis in cap. 2. supra, nu. 17. & deinde facienda est

3 sequestratio. iuxra restitutionis obligationẽ. Vnde tertia descidendi ratio ad nostrũ tex. est contra possessorem post appellationem dissipantem oriri quandam iuris præsumptionem quæ regulariter nascitur ex sententia iudicis. l. 1. & 2. C. de officio ciuilium iud. cap. in præsentia, de renunciatione. ca. sicut de re iudi. Felin. Decius, Beroius nu. 33. & 54. in ca. quoniam contra de probatio. Alciatus de præsumptio. regula. 3. præsumptione. 9. vt Latius ad. 5. ac proinde condemnato intra appellationis tẽpus dissipante sequestrationẽ fieri ipsa æquitatis ratio postulat, vt respondit Papirius Iureconsult. in d. l. Imperatores. 21. §. fin. ff. de appellationib. l. ab exequutione. C. quorum appellationes non recipiantur. & à Iulio Paulo receptarum sentẽtiarum lib. 5. tit. 36. vt infra, latius ergo ipsa tãtum æquitatis facie circumspecta sequestrationis prohibitionem cessare, eo qui appellauit dissipante propter præsumptionem diffinitiua ortam illi repugnãtem, quod in principali causa, hoc est in. 1. instantia, affirmari non potest cum ea in specie illa ratio deffic it, sic nostrum tex. obtinere, & Gregorium ea ratione fundari reprobata glos. consentiunt Ioannes Andræ. Cardinalis, Antonius & Abb. hic. num. 5. gloss. in cap. 2. supra eodem, & Abb. nu. 10. & quos ibi retulimus. 4. casu. num. 34. Robertus Maranta, de ordine iudiciorum. 6. part. cap. de appellatione. n. 117. Beroius in rubrica de appellationibus. numero. 40. Didacus Perez dict. libro. 3. titulo. 10. colum. 1139 & 1142. quæstio. 10. Marcus Antonius Nata consil. 584. 3. part. Gregorius Lopez in. l. 1. versi. desgastara. tit. 9. part. 3.

Sed repugnant iudicis sententiam appellatione extinctam esse. l. 1. §. fi. in fine. ff. ad Senatuscõsultum Turpilianum & inde quidquid post appellationem fit, aut post sentẽtiam intra tempus ad interponendas appellationes designatum attẽtatorum remedio reuocari iuris ratio postulat & lege institutum est, text. in. l. vnica. ff. nil nouari appellatione pendente, cap. post appellationem §. appellatione. 2. quæst. 6. cap. cum teneamur. 17. de appellatio. cap. non solum de appellatio. libr. 6. cum allegandis ad. 5. Si itaque iudicis sententia per appellationem extinguitur quo iure potest à sententia iam extincta summi iuris contra appellantem præsumptio cui difficultati Abb. num. 6. Antonius & cæteri respondent non in totum extingui, vt resoluendum est ad. 5. Interim vera rationis defensio est appellatione sententiæ effectum suspendi, vt latius ad. 5. non tamen illam iuris præsumptionem pro magistratu faciẽtem cui adiuncta alia præsumptio ex appellantis dissipa-

4 tione orta credendum est possessorem iam condemnatum durante appellationẽ dissipantem de iure suo diffidere & desperare, & in aduersarij iniuriam & fraudem fructibus abuti ac proinde ea in specie sequestrationem fieri, & æquitatis & iuris ratio postulat, ita intelligo nostrum text. & ita aperte respondisse videtur Papirius Iustus, in dict. l. Imperatores. 21. §. fin. ff. de appellationib. ibi (æquum sibi videri fructus apud sequestres deponi) & ita etiam reducenda est Imperialis constitutio in. l. ab exequutione. C. quorum appellationes non recipiantur, & Iulij Pauli sententia, libro. 5. titu. 36. & eius interpretis. Auiani trãscriptio relata in cap. quoties, el segũdo. 2. quæst. 6. de quo latius à dict. 2. argumentum & cap. nonne. 8. quest. 4. & cap. quia res. 11. quest. 2. & c. volumus iuncta glo. verb. possessionum. 16. quæst. 4. & l. 1. tit. 9. partit. 3. siquidem duplici ex præsumptione putà diffinitiue, & dissipationis sequestrationem fieri ratio cõficitur, & ita in nostro text. Gregorium agnouisse obseruandum est.

5 Ex qua decidendi ratione, & nostri textus interpretatione. Primo deducitur, vt propositæ sequestrationi locus sit à diffinitiua, non ab interlocutoria appellasse oportere, quod ex superiori resolutione probatur satis: quia ex interlocutoria non oritur illa præsumptio sequestrationi causam præbens, rursus quia sententiæ appellatione diffinitiuam intelligi respondere videtur text. in. l. quod iussi. 14. ibi glossa, & communis secundum Iassonem, & Ripam. ibi, in principio. ff. de re iudicata, & Iulianus in. l. dicere.

re.23. & Vlpianus in. l. celsus. 28. §. fina. ff. de receptis arbitris. glossa fin. in capitul. cum olim. 34. de testibus, text. in Clementina vnica, ibi diffinitiua sententia, & ibi glossa, verbo diffinitiua & communis secundum Cardinalem, numero. 14. & ita nostrum textum intelligendum esse conueniunt, Baldus, Cardinalis, Antonius in principio, & Abbas numero. 10. & infra referendi ad primum argumentum.

6 Secundo, ex eadē decidendi ratione deducitur ad faciendam huiusmodi sequestrationem aliud ius cōstituēdum esse, quā in decernēdo sequestro contra suspectum de fuga obseruari resoluimus. in. c. 2. 3. casu. numer. 31. scilicet propter fugæ periculum fieri posse, absque partis citatione, & quādo debitor suspectus est de dilapidatione, quia inchoauit malè vti substantia sua an idem sit, resoluit ex Cardinali in dict. Clementina vnica. num. 31. Augustinus Veroius in cap. quoniam contra. nume. 157. contrarium esse obseruandum ex regula generali. In proposita tamen nostri tex. specie sequetrationem sine causæ cognitione fieri non posse, & ratio, & nostri tex. authoritas apertè suadent. Ratio, quia in quocumque actu vocādos esse, quorū interest defensiōis ius est, & æquitatis ratio postulat. l. de vno quoque. 47. ff. de re iudicata. c. nos in quenquam, cum præcedētibus 2. quæst. 1. cap. de causa possessionis, & causæ cognitionem requiri in sequestro, decernendo etiā contra suspectum de fuga clarum est. d. l. si fideiussor. §. si satis datum. ff. qui satisdare cogantur, nō autem partis citatione, cæterum hic causę cognitione comprehendi appellantis & dissipantis citationem contendimus, quod nostri tex. verba probant, ibi possunt lite pendente rationabiliter se questrari, sine ratione autem fieret ipso inaudito sequestrationem aduesario postulante decernere, ita Cardinalis in dict. Clemen. vnica. nume. 31. omnes hic Iasson. in d. §. si satis datum. nume. 9. Guido Papæ decisione. 246. Paulus Parisius consi. 41. nu. 23. libr. 1. Veroius in dict. c. quoniam contra. num. 157. aliàs irrationabiliter, & de facto procedere, vt latius dicem⁹ ad quintum, & ad sextū. vbi quādo dissipare dicatur, se resoluitur: id quæ in causæ cognitione venire oportet.

7 Tertio, ex eadem ratione deducitur huiusmodi sequestrum contra dissipantem ab appellationis iudice decernendum esse, quoniā si causa cognita & dissipante in ius vocato fieri necesse est, à iudice appellationis fieri necessario consequitur, quia cum ex præsumptione sententiæ oriatur præsumptio sequestro causam prebens, si iudex à quo cognosceret in causa propria iudex diceretur, & sic à iudice appellationis fieri debet. Secundo, quia cum debeat fieri sequestratio causa cognita super appellatione, dissipatione ab ipso appellationis iudice, vt fiat oportet. Tertio ita probatur ex Vlpiani responso in. l. ei cuius. 5. §. sed & si quid. ff. appe. recip. cuius verba sunt. (Sed & si quid aliud post receptā appellationē impedimēto factū fuerit, eum adiri oportet quem appellare quis debet.) Cōtrarium autem imò iudicem à quo posse sequestrationē facere prob. Primo, quia omnia ad faciliorem appellationis exitū opportuna per iudicē à quo expediri possunt, tex. elegans in. c. cum teneamur. 17. de appellatio. cap. 2. versiculo, cum Archiepiscopus de matrimonio contracto. contra int. text. expressus in Clement. vnica isto titulo, de qua ad primum argumentum late agendum est. In qua difficultate Bartolus in. d. l. Imperatores. §. fin. ff. de appellatio. docuit sequestrationem faciēdam esse per iudicem appellotionis, sed non tollit difficultatem: quare verior est resolutio, quod ante quā appellatio à superiori recepta sit, potest fieri à iudice, à quo postquam vero recepta est à iudice appellationis sequestrum fieri debet, & ita vtraq; obtinet opinio argumento text. in. l. ab executione. C. quorum appellationes non recipiantur, & in. l. generaliter. §. sin autem. C. de iureiuran. c. quoties, el 2. 2. quæst. 6. c. pastoralis. §. præterea de officio de legati. c. qua fronte. 25. de appellatio. & c. Romana. §. si autem de appellatio. lib. 6. & cōmunis resolutè à Decio in. d. c. cum teneamur. nume. 4. & à Couarruuias in pract. quæst. c. 23. num. 1. & ita interpretandus est tex. in. d. l. is cui. §. sed. si quid. ff. de appellationib⁹ recipiēdis, vt obtineat post receptam appellationem antea vero fiat, etiam per iudicem à quo ex. d. c. cum teneamur. & d. c. 2. sic & in sequestro nostri tex. obseruandum esse firmauit Hostiensis & Antonius in principio, & Abb. num. 11. hic. Angelus in. d. l. Imperatores. §. fina. communis secundum Abb. vbi supra. Didacus Perez. l. 1. titu. 10. lib. 3. colu. 1142. & Marcum Antonium. Natam consilio. 584. num. 8. 3. parte, vbi probat, quod si post quam à iudice appellationis recepta foret & de dissipatione cōstaret, fieretq; sequestratio per iudicem à quo valeret vtique, quia ad faciliorem causæ exitum & appellationis effectū vtile est argumento. d. ca. cum teneamur quod ad praxim obseruandum erit.

8 Quarto, ex eadem ratione deducitur in huiusmodi sequestratione fructus omne venire: diximus enim in. c. 2. supra num. 17. & 18. fructus naturales industriales & ciuiles esse, qui sint singuli, vt ibi late & omnes comprehendi ex illo, tex. & idem repetendum est in huiusmodi sequestrationibus propter dissipationem durante appellatione faciendis ex dict. c. quoties. el. 2. 2. q. 6. Abb. hic. secundo notabili, & relatis in dict. numme. 17. & 18. & perceptos & pendentes. l. fin. ad finem. ff. de requirendis reis Paulus consilio. 132. volum. 2.

volum.2. Tiraquellus de retractu, tit.1.§.1.glo.7. nu.44. idem post leges connubiales, glo.2.nu.11. Pinelus in.l.2.2.parte, à nu.23.&.48.C.de rescindenda vditione, Marcus Antonius Nata consilio.584.numer.3.3.parte, cuius rei ratio assignatur ab Abb.hic secũdo notabili, vt retulimus ad cap.2.d.num.17.quibus ita constitutis. Non obstantibus contrarium adducta pro ratione dubitãdi, quibus & singulis ex prædicta decidendi ratione satisfactum esset, nisi ex latiori disputatione latior succederet sequestrationis resolutio, & ideò singula percurramus oportet.

9 Non obstat primum, quo probamus etiam citra dissipationis causam lata sententia sequestrationi etiam beneficij locum esse text. celebris in Clemen.vnica, isto titulo, vbi elegans summa est si super beneficio possessor, non triennalis petitorio vel possessorio vna diffinitiua condemnatur, in curia licet nulla dicatur beneficij sequestratio fieri ab ordinario debet quam impediens, vel fructus sequestratos occupãs excommunicatus est, quod si litigat cadit à iure suo, obtinetque in pẽdentibus causis hoc continet ille tex. quem Cardinalis Ancarranus, Imola, Bonifacius latè interprerantur, & Ludouicus Gomezius, Guillelmus Cassadorus, Quintili. Mandosius, Marcus Antonius Nata Rebuffus, Didacus Perez, & alij infra citandi pluribus ornant interpretationibus: non inquam obstat, quia respondẽdum est diuersam esse nostri text. & illius speciem, quia hic à Gregorio Nono statutum est, quod si possessor appellans fructus dissipat sequestrationi locus est: at in dict. Clem. vnica à Clemente Quinto sancitum est lata apud curiam sententia petitorio vel possessorio contra possidentem ab ordinario beneficium penes idoneum sequestrem deponendum esse, & ita quod hic ex duplici illa diffinitiuæ, & dissipationis præsumptione ad sequestrandum conficitur in dict. Clement. ex authoritate diffinitiuæ apud curiam latæ ad faciendam beneficij sequestrationem porrigitur, & ita verum est non exigi dissipationem vt hic, quia ad compescendas vitiligatorum malicias plura à iuris regulis & principijs exorbitantia contra receptas iuris obseruationes nouè prodita inducuntur, cum itaq; text. ille & celebris & apud ecclesiastica regiaq; tribunalia omnia ad praxim frequẽs sit illius singulare ius quod est & sequestrationis effectũ, & sequestrati munus explicare operæ pretium est, in qua quidem explicatione ipsius text. literam
10 & Clementis mẽtem interpretabimur. Ait denique Clemens (ad compescendas litigantium malitias) Legislatores Reipu. tranquillitati consulente quæ litium multitudini confunditur & turbatur.l.congruit.ff.de officio præsidis & damnũ reputatur considerabile & patrimonij diminutioni comparãdum.l.minoribus.6.ff.de minoribus & inde ad ius publicũ litium spectat excusatio. c.ad vltimum de causa possessionis: ideo huiũ iniuriam, ne in maius cedat periculum tollere non valentes ipsarum breuitati potissimũ consulunt. l.properandum.C.de iudicijs. c.finem litibus de dolo & contum. Tridentini sessione.24.c.20.& ideo malitijs & calumnijs semper cum earum occasione adeò protrahãtur lites & innocentes afficiuntur incommodis prospiciunt, etiam contra strictam disputandi rationem æquitati adhærentes, vt bono publico consulant.l. ita vulneratus:numer.51.ff.ad.l.aquiliam.c.1.&.2.de alienatione iudicij.c.pastoralis de causa possessionis.c. sæpè, de restitutione spoliatorum, Clemen.1.de officio ordinarij. Clement.1. de re iud. & hac in specie accipiendum est iureconsulti preceptum, in.l.respiciendum.11.ff. de pœnis, & Cæsarum, in.l.placuit.8.C.de iudicij. Honorij.3.in. ca. fin. de transactio. quibus rationibus dicitur in hoc text. (Ad compescendas litigantium malitias) vt sciamus illam æquitatem ab Imperatoribus consideratam in.l.vnica.C.de prohibita sequestratione, & in.l.defensiones.C.de iure fisc.lib.10. cum allegatis, in.c.2.ad.1.numero.20.supra. ex qua sequestratio regulariter interdicta est cõtraria equitate ad bonum publicum applicata in casu particulari cessare, ac proinde lata per iudices apostolicos apud curiam diffinitiua sequestrationi locus est, limitariq; ea in specie contrariam iuris regulam, & ita ex prædictis verbis veteres probauerant, & postea confirmant Cardinalis Ancarranus, Imola, & Bonifacius, in principio.

11 Sequitur (definimus) ad significãdũ à Clemẽte Quinto, hic. Sequestrationẽ in proposita specie nouo iure contra cõmunes regulas iudici. c. fi. & ibi communis descriptio.c.2.de iudicijs. vbi Abbas, Felinus, Decius, Ripa, Alciatus, Verous, Mantua. in fine. Et hic probãt authores supra relati: Cardinalis nume.2. Ancarranus.1. Imola.3. & Bonifacius in principio. Marcus Antonius, Nata, Cassadorus, Didacus Perez, & Quinti. Mã
12 dosius & statim referend. Sequitur (vt vna contra possessorem diffinitiua sententia.) Ecce noui iuris occasionem, ex qua principio probatur interpretatio ad dictam Clemẽ. quod si duæ fuissent sententiæ alternatim pronũtiatæ, altera pro possessore, altera pro petitore non obtineret Clementinæ dispositio, quoniam cessaret malitię præsumptio, in qua fundatur illa decisio, vt diximus super versiculo, ad compescendas. num.10. pugnarẽt enim inter se præsumptiones & in pari causa melior est conditio possidentis. tex. in. cap. quod autem, de iure patro. & in. c. in pari causa. 65. de regulis iuris lib.6. & possessorem iuuaret, etiã communis traditio sequestrationem esse prohibitam ex dict.

ex dict.l.vnica.C.de prohibita cum allegatis, in dict.c.2.num.20.rursus quia sequeretur iniquitatem inuolui decisionem illius Clementinæ tanta æquitate consistentis puta, quod si possessor duas contra petitorem haberet sententias, & petitor vnam contra possessorem ex generali dictæ Clemētinæ responso faciēda esset sequestratio, quod ita obseruari nefas est, sæpe enim inter se pugnāt duæ præsumptiones & præstantiori alter cedit. l.diuus.ff.de in integrum restitutione.cap.si quis in egritudine.57.dist.5.literas de præsumptio.ca. cum inter.16.iuncta gloss.verbo, Episcopus, de electione, & cū præstantior sit præsumptio quæ pro possessore facit ex superioribus rationibus cessare dispositionem dictæ Clementinæ verius est, & ita interpretāda est, vt illud verbum (vna) 15
intelligatur, id est prima: sic Cardinalis ibi num. 13.& Cardinalis eleganter consi.145.num.2. Didacus Perez dict.titul.10.lib.3.colum.1147.q.23. Cassan.decisio.1.à numer.2.isto titu. & Mandos. in praxi.commis.glo.19.quæst.2. Gigas de pensi.quæst. 46. Inde etiam accipienda est illa Clementina, quando contra possessorem prima sententia lata fuit in petitoris fauorē, quia tunc conficitur illa præsumptio pro petitore contra possessorem ex authoritate sententiæ Apostolicæ in curia promulgatæ: vnde fit, quòd si cōtra possessore lata fuisset in curia non tñ pro petitore, quia deficit illa præsumptionis ratio qua fundatur illius Clemen.dispositio, & ita ex Ioanne Andrea, & alijs obseruat Rota noua decisione quarta, n.1. isto titulo, & Didacus Perez vbi supra, col. 1145. quæst.18.& glo.verbo, contra possessorem, in dicta Clem.& Cardi.num.12.3. quæstione.

Tertiò, eisdem etiam verbis omnes colligunt, quod si in possessorio condemnatus obtemperat & postea in petitorio obtinet, eo postulante debet sequestrum decerni ex dict. Clemē. quod vltrà scribentium rationes melius probatur ea ratione, quod sententia in possessorio lata non inducit contra obtinētem in petitorio præsumptionem aliquam, nec petitorio præiudicat, quin imò sententia in possessorio inutilis est postquam dicta fuerit de proprietate sententia capit.cum ecclesia sutrina.c.cum super.c.cum dilectus de causa possessionis, & inde non obstante possessionis sentētia sequestrum ex.1.in petitorio lata decerni, & ita interpretandam esse eam Clementinam probauit Cardinalis, nu.11.Cassad. decisione. 2. isto titulo. Didacus Perez, vbi supra, quæst.19.

14 Inde etiam dicūt à sentētia in possessione lata, posse secundum leges Pōtificias appellari, de quo disputauimus in.c.1.supra.n.76.

Inde etiam deducūt, vt sequestrationi, de qua in dict.Clement. locus sit post vnam sententiam in curia latam diffinitiuam esse oportere, glossa ibi, verb. diffinitiua, Cardinalis Ancarra. Imola, Bonifacius, quo etiā iure interpretati sumus nostrū tex.in hoc.c.fi. vt supra, nu.5. resolutum est.

(Sequitur, super beneficio apud sedem Apostolicā duntaxat in petitorio, vel possessorio promulgata) quamuis interpretes contendant, an illius Clemen. dispositio exprimens beneficij contentionem obtineat, si super hospitali contenderetur difficilior quæstio beneficium quā hospitale sequestrari est, vt ex inferioribus satis constabit & ex resolutis, in.c.2.ad.6.in eleganti disputatione in beneficijs missionem negari sequestrationē concedi, vt ibi à nu.69. quare quamuis disposita in beneficio nō obtinere in hospitali apud curiales argumentum esse ex Clemēt. per literas deprehendis: contrariū tamen receptius est, vt ex multis probat Cardinalis, nu.15.& dicit receptū Didacus Perez, colum.1147.quęst.23. Paulus Parisius, consi.36.nu.16.lib.4.

Vnde satis probatur, quod contra generalem iurisrationem hic à communi recepta videntur: nam lex statuens aliquid exorbitans à iuris communis principijs, non debet in consequentiam trahi.l.eius militis.§.militia missus.ff.de testamēto militis.l.in honorarijs. §. sed cum recissa.ff.de actio.& obligatio.c.1.de filijs presbyterorum regula, ea quę à iure communi de regulis iuris in. 6. l.quod vero.14.ff.de legibus.l.quod cōtra.183.ff. de regulis iuris.ibi Decius Cagnolus, & Mainerius Iasson.& Ripa in.l.si constante, nume.78.ff. soluto matrimonio, à quibus cauendum est dum opinantur exorbitantia esse odiosa & irrationabilia, cum plerunque æquissima sint, vt in dict. Clemen.& in Clemen.1.de re iud. cum alijs supra allegatis: nec ignoro aliquando ob similitudinem rationis extensionem fieri legis exorbitantis. ca. cum dilecta. de confirmatione vtili, vel inutili. ca. at si clerici.§.de adulterijs.c.cum non ab homine de iudicijs, quod sanè argumentum scribentes in varios errores impulit, & c.cum dilecta laudat caterua relata ab insigni & sapientissimo Nauarro in cap.1.§.laboret.nu.4.de pœnitentia. distinct. 6.Dueñas regula.311.quia respondeo illum text. in.c.cū dilecta obtinere in extensione ab ipsa legefacta nos loquimur in extensione ab homine faciēda, vt elegāter interpretatur Iasson in dict.l. si constante.nume.74.ex quibus dictam Clemētinam in beneficio disponentem non extendi ad hospitale, cum sit exorbitās à iuris principijs: sed contrarium rectè admittitur secundum frequentiorem opinionem, quia negari nō potest legem etiam exorbitatem plerunq; extendi ex dictis iuribus esto tamen quod nō trahatur ad casus superiores, ad inferiores vero plerunq; trahi palam est d.§.de adulterijs.& cap.cum nō ab homine, cum alijs. In proposita autem quæstione cum in illa

 Clemen-

Clementina dispositum sit de beneficijs à fortiori obtinebit in hospitalibus, vt diximus, & ita obseruandum est.

16 Qua ratione difficilior est alia quæstio simpliciter ab aliquibus plane resoluta, an dict. Clementina locum habeat in pensionibus, quia cum receptum sit pensionem excessiuam, & ecclesiæ iniuriam reformãdam esse iudicis arbitrio, vnde si super illo excessu vel pensionis validitate controuersia fuerit, & prima sententia apud Romanam curiam data fuerit, an obtineat sequestrũ ex nostro text. in dicta Clementina, & ita non obtinere, quia exorbitans est, & ita resoluit Ieronimus Gigas de pensionibus. quęst. 46. sed prior opinio iure nostro probabilior est, quia de maiori ad minus licitè argumentamur. Vnde cum in beneficijs admittatur sequestrum à fortiori in pensionibus, & sic securè affirmarem ex text. in prædicta Clemen. & communi ad hospitalis sequestrationem præcepta. Inde etiam liquido constat præsumptionem contra possessorem oriri ex authoritate sententiæ in curia per iudices Apostolicos la-

17 ta, ad eos enim non ad Pontificem Maximum refertur, à cuius sententia non appellatur argumẽt. l. 1. ff. qui, & à quibus. & c. cum ita per mundum. 9. quæst. 3. licet interdũ possit supplicari authenticoq; supplicatio. C. de præcibus Imperatori offerendis. c. tũ ex literis de in integrũ restitutione: latè Frãciscus Duarenus de sacris Ecclesiæ ministerijs. c. 10. thesaurus Christianæ religionis c. 1. & 2. Lãcelotus Cõradus in tẽplo iud. lib. 2. c. 1. vnde ad grauissimos illos & incorruptissimos Rotæ auditores referri necesse est, siue causa à principio fuerit inchoata corã eis, siue per viã appellationis ab ordinario, vel querelæ ad eos fuerit deuoluta. Ita enim, vt vna apud curiã sentẽtia sequestrationi locũ esse nostri tex. ratio postulat ad eãq; interpretationẽ reducẽda est glo. verbo, promulgata. in. d. Clemẽ. & ibi Cardinalis nume. 17. & Cassadorus decis. 1. & 2. isto tit. Gigas de pẽsionibus quæst. 46. Octauianus Vestrius in praxi Romana, lib. 7. de stilo curiæ. c. de sequestratio. & Quintiliani Mãdosij in praxi cõmissionũ, glo. 19. q. 2. ad mediũ, & in regula de subrogãdis colligãtibus quæst. 5. num. 3.

Inde etiã nouæ ex eadẽ Clemẽ. proditũ est ex prima, apud curiã sentẽtia cõtra possessorem promulgata in petitorio, siue possessorio sequestrationẽ iustè decerni: quoniã licet à sentẽtia in possessorio lata iuxta leges Põtificias, vt proximè diximus, frequẽtissima sit appellatio, & per appellationẽ sentẽtiæ effectus regulariter extinguatur ex iuribus allegatis ad. 5. vbi de hoc agẽdũ est, cæ-

18 terũ possessionis sentẽtia apud curiã promulgata tãtã habet authoritatẽ, vt ad decernẽdũ sequestrũ sufficientem cõtra possessorem præsumptionem inducat, quod in petitorio repetẽdũ est, quia & sui natura possessorium absoruet, & inde sententia possessoria lata, in cõtrarium petitoria dicitur verbalis, quia licet aliquos habeat effectus, quoad expẽsas & fructus & instãtiã & similia, at quoad retinendam, vel adipiscẽdam, vel recuperandam possessionem inutilis est dicta in petitorio sententia iuxta verám & receptam interpretationem. c. cum ecclesia Sutrina. c. cum super. c. cum dilectus, de causa possessionis & proprietatis, sed à prima sententia appellatio semper interponitur, & sententiæ effectum impedit, & ita etiam impedire affirmandum est, licet in curia proprietatis sententia feratur: quia quoad hoc nihil ex dict. Clement. innouatum est: sed ad hoc vt propter illorum iudicum, & sedis Apostolicæ authoritatem oriatur contra possessorem illa præsumptio, ex qua si possessor appellauerit sequestrum rectè decerni possit ad arcendas litigantium malicias, & ne ipsius beneficij fructibus petitorem vexet, quod in praxi frequentissimè ad postulandá sequestrationem allegat, quia appellans cum beneficio & ipsius fructibus fruitur malicias, & calumnias in dies commentatur ad differendam litis instantiam cum magno ipsius & petitoris iniuria, vt considerauit text. aliud agens in. c. ad vltimum de causa possessionis.

19 Sequitur (beneficium ipsum, etiamsi dignitas, vel personatus existat & curam habeat animarũ) Obseruandum est tex. in dict. Clem. non solum noui iuris constitutionem induxisse quoad causas sequestri: sed etiam circa materiam quoad causas nouum ius induxit, siquidem regulam prohibitæ sequestrationis limitari dixeramus propter dissipationem missi in possessionem, vt in specie cap. 2. supra. isto titulo, vt ibi ad primum. nu. 20. Rursus ex causa dissipationis factæ ab eo qui appellauerat, vt appellantem dissipare ad faciendã sequestrationem necesse sit ex text. in hoc. c. fina. vt diximus ad rationem decid. & in. d. ca. 2. ad. 1. argumentum. 1. casu, quæ omnia extenduntur & ampliantur ex dict. Clement. vnica, vt citra dissipationis causam sequestratio fiat appellatione pẽdente ex noua causa, puta ex. 1. sentẽtia in possessorio, vel petitorio apud curiam contra possessorem, lata probat litera & omnes supra allegati, & quotquot super Clementinæ ipsius interpretatione scripserunt, & ita accipiendus est. 12. casus in dict. c. 2. relatus, num. 42.

Cæterum, non solum quoad causas decernendæ sequestrationis, sed etiam quoad eius materiã quod ita probatur regula illa rerum sequestrationem prohibens plures patitur limitationes: licet enim æquitate consistat, si occurrentis casus æquitas maior sit rem sequestrari æquius est, vt proximè diximus, nu. 9. & 10. & 14. & latius in dicta

cap. 2.

c.2.à num.20.per totam.1.argumenti disputatio nem, vnde factum est succedente illius casus æqui tate, & ecclesiam sequestro dari. cap. examinata de iudicijs, de cuius intellectu disputauimus in cap.1.supra, à nu.23. fructuum etiam ecclesiæ sequestrationem quoque fieri posse, respondit Honorius in cap.2. supra, vt ibi resolutum est ad rationem decid. à nume.10. & num.69. fieri etiam in fructibus beneficij sequestrationē elegans est text. in c. olim. 25. de rescriptis. de quo etiam disputatum fuit in dict.c.2.num.69. sed beneficium ipsum sequestro dari posse nullo iure constitutū fuerat, & ita nouæ Clemens illud induxit, vt ex prima curiæ sententia, non solùm ecclesiā quoad proprietatem & ipsius fructus, & beneficij etiam fructus, vt in dict.c. examinata.c.2.&.c.olim. sed etiam beneficium ipsum sequestro dari possit, & ita nouum ius, quoad causam, & quoad materiam sequestri continet: ad quā etiam explicationem reducendus est.12.casus relatus in.d.c.2.num.42 vbi Abb. simpliciter.12.casu.n.10. Clementinam allegauit, & nouum ius in ea induxit, agnouit Albericus in.l. vnica, nu.5.C. de sequest. posse. Cardin. Ancarra. Imola, & Bonifacius, Didacus Perez, Cassadorus, Mandosius, & omnium communes, ita explicanda est, quorum nullus rem hanc explicitè perpendit.

10 Beneficium itaque licet in genere beneuolam actionem significet, quasi bene factum text. in c.1. in quibus caus. feud. amittatur in v sib. feud. plerunq; Principis priuilegium.l.penult.ff. de cōstitutio. principum, glo. in rub. de rescriptis, in.6. latè Brisonius & Hieronymus Berrutius de verbor. significat. lib.2. verbo, beneficium. Ecclesiastici tamen beneficij nomen latissimum est, vt ex regula beneficium de regulis iuris, in.6. vbi glos. 1. Diuus, & Petrus Pechius, cuius plures diffinitiones varijs in locis traditas refert Ioannes Selua de beneficio.1.parte. Rebuffus in praxi beneficiorum.cap. beneficium quid sit, Ioannes Corra. in paraf. sacerdotiorum.1.parte.c.2. Ioannes Nico. inchiridio beneficiorum, titulo de beneficijs.c.1 numer.7. Franciscus Duare. de sacris ecclesiæ ministerijs, lib.2.ca.3. &.4. Christoforo Rosiniaco de re pontificia, lib.3.c.1.&.2. Andreas Tiraquellus cessante causa.1.parte, numero.46. Petrus Pechius in dicta regula beneficium, numer.1. &.2. Berru. vbi supra, quod cum iure pontificio frequentissimum sit: alijs tamen adeò inuisum est, vt tanquā obsoletum & minimè latinū reijciant sacerdotium, quæ dicere malunt cum apud veteres Romanos quod sacerdotibus tribuebatur sacerdotium dictum fuerit, quod & Ioanni Corrasio & Tiraquello placuit, cæterum cum iure pontificio beneficij & sacerdotij nomen & officium diuersum sit, contrarium securè affirmādum est. Nam beneficium consistit in prouentibus emolumentoque quodam, aut in sola quadam præeminētia, vel iurisdictione sacerdotiū sumitur pro presbyteratu, vel officio ipso sacerdotis, ad quem spectat sacrificium offerre, & ecclesiastica exercere.c. perlectis.25.distin. nec vsitata verba & apud iurisperitos tot seculis recepta, ac veluti eiusdem artis vocabula cōuertere, & omnia beneficia, quę sine sacerdotio exercitari possunt, sacerdotia vocare planè foret ineptum, siquidem beneficiū his ecclesiæ ministerijs proprie conuenit, vt ex prædictis, & ca. constitutus, de concessione præben. c. ei cui de præb. lib.6.c. vltimo, de præb. & quamuis quædam existant beneficia, quæ à solis sacerdotibus obtineri possint, vt in dictis iuribus, & in cap. cum in cunctis, de electione. & in cap. licet canō eod. tit. lib.6. Tridētini, sessione.24.c.12. plura tamen sunt, quibus nullus annectitur ordo & sola dūtaxat tōsura obtineri possunt. cap. fina. de pręb. quod de nouissima Tridentini lege confirmatur, sessione.23.c.6.

In hac itaq; significatione varias habet diffinitiones frequentius tamen recipitur, quod beneficium est ius spirituale consequenter percipiendi reditus ecclesiasticos ex canonica institutione perpetuum in se quoad accipientem, ita ex superioribus iuribus colligunt Rebuff. in praxi in proœmio Selua, & Petrus, Pechius, Sebastianus Medicis, de diffinitio.1.parte, cap.16. qua diffinitione comprehunduntur illa quatuor ad beneficij ecclesiastici essentiam desiderata à Ioanne Calde. in.c. nostra. num.3. de rescript. Selua.1. part. & à Geronymo Gigante in tract. de pensio.q.12. quę omnia latissimè à beneficiorum origine & institutione deduxerunt hodie, & sapientissi. Marti. Nauarr. de reditibus ecclesiasticis, & in defensione, & Franciscus Sarmiento de reditibus ecclesiasticis & post eos Marc. Anto. Colu. de reditibus ecclesiasticis.c.1.&.2. cum sequent. Petrus Pech. in regula beneficiū à.n.3. Lance. Conr. in templo Iud. lib.2.c.1.n.13.

Qua ratione beneficij appellatione sufficienter Clemens suprà, omnia ecclesiastica beneficia de quibus inter ecclesiasticos contentio succedere potest ad decernēdam sequestrationē. Primam apud curiam sententia comprehendebat. Vnde videtur frustra dignitates personatus & beneficia quibus cura imminet animarū expresisse omnia enim beneficij nomine comprehendi argum. est text. in.d. reg. beneficium, & in ru. & in text. in.c. vnico, vt ecclesiastica benef. sine dimin. cōf. quare generaliter si accipiatur omnia beneficia, tam maiora quam minora secularia & regularia, etiā dignitates comprehenduntur, tex. in. ca. penult. de verb. signi.c. vnico de rerū permutatione. libr. 6. glo. in.c. cum olim de verb. signi. Clem. auditor

de rescrip. Felin. in c. postulasti de rescrip. Selua & Rebu. vbi supra, Medices. d. c. 16. num. 5. cæterum licet hæc ita recepta sint m agnam includūt difficultatem cum vt sæpe repetitum est sequestratio sui natura infesta est & regulariter interdicta ex dict. l. vnica cū allegatis supra, in. c. 2. ad. 1. num. 20. at in odiosis & strictis beneficij nomine non comprehēdi maiora beneficia, vt sunt dignitates text. est in ca. 1. & 2. de filijs presb. libr. 6. ac proinde, nec in proposita sequestrationis materia, nisi exprimerentur à Clemente venirent ac proinde dignitates personatus & curata expressit, nec omnes exclusit difficultates, quando nec dignitatis appellatione pontificalis, nec. 1. post pontificalem, vt regulariter est decanatus cōprehenditur & præter personatum sunt & canonicatus & portio, vel præbenda. Rursus licet dignitas personatus officium, & præbenda Iure nostro videantur sinonoma. tex. in. c. cum accessissent de constitutio. vbi omnes. & in locis infra referendis. Diuersa tamen sunt. c. de multa de præbent. melior. text. in cap. 1. de consuetudine in. 6. c. cum in illis in prin. & per totum de præb. in. 6.

21 Dignitas enim in genere quēdam honoris gradum significat. l. 1. §. pen. ff. de ventre inspiciendo ibi, publicè interest, vt ordinum dignitas conseruetur cum alijs pluribus à Brisonio & Verutio. de verb. signifi. lib. 4. versi. dignitas, latè adductis, & ab infra referendis. & sic accipienda est gl. ver. dignitas, in. c. deniq; . 4. dist. & verb. maiores in. c. sedes, de rescriptis omnibus tamen omissis, & plurib. Hosti. & aliorum diffinitionibus, dignitas propriè est beneficium cui competit iurisdictio fori exterioris, vel ex consuetudine, vel institutione pro tali habitum. c. dudum, el secundo de electione. c. de multa de præb. c. 1. de cōsuetudine, in. 6. ca. statutū. §. 1. de rescrip. in. 6. strauaganti execrabilis, de prēb. & Tridentini. dict. sessione. 24. cap. 12. ita glo. verbo, dignitates. in. cap. quia nonnulli de clericis non residentibus. Abb. in. ca. de multa, numer. 21. de præb. & communis secundum Seluam. 1. parte. q. 3. numer. 71. Nico. Boerius decisione. 286. Rebu. in praxi. c. seculare beneficium. num. 7. Sebastianus Medices de diffinitio. 2. parte. c. 41. num. 7. Q. mandos. in praxi sig. grat. §. dignitates. ac proinde videtur superfluū esse quod à Clemente personatus exprimatur cum dignitatis nomine comprēhendi possit.

22 Est enim personatus cui annectitur personalis honor in ecclesia colligata. d. cap. dudum. el. 2. de electione in strauaganti execrabilis de præb. iuncta glo. verbo, personatum, & in. c. cum accessissent, & ita probant Boerius, Selua, Rebuffus Medices vbi supra, & ita cōsuetudine receptum est. vt ecclesiæ thesaurarius personatus reputetur Rota noua dicisione. 11. de præb. &. 17. de concessione præbē. quamuis stricta iuris significatione thesauraria, nec dignitas, nec personatus est. sed officiū quod est beneficium cui cōpetit administratio, vel custodia rerū ecclesiæ, absq; aliqua honoris prærogatiua, vt ipsemet annectuntur.

Ex quibus licèt lata dignitatis interpretatione compræhendatur personatus, ex dict. capit. cum accessissent, vbi Decius in princip. & in. c. ad aures, de rescrip. glo. verbo, personatū in. d. extrau. execrabilis. At vero dignitas propria sui significatione lōgè à personatu differt. d. c. dudū. d. c. de multa. d. c. 1. de cōsuetudine, in. 6. dignitatis enim proprium est administrationē cum fori exterioris iurisdictione habere. l. honor. ff. de mune. & honorib. iūcto. d. c. dudū. Rota Noua. decisione. 11. de prēb. 17. de cōcessione prēb. cōmunis, in. d. c. 1. Selua. d. 1. parte. q. 3. nu. 36. Boerius decisione 286. vbi autē ex consuetudine beneficium dignitas reputaretur, licet eam iurisdictionem non habeat dignitas censenda est, dum tamen perpetua sit text. in. d. c. 1. de consuetudine, in. 6. vt docuit Innocen. ita explicandus in dict. c. de multa, nu. 6. receptus ab Abb. nu. 22. Selua & Boerius, vbi supra, & à Tiraquel. de nobilit. q. 10. nu. 7. vel si aliqua dignitas absq; iurisdictione instituta, vel creata sit, vt frequentissimum est in Hispaniæ ecclesijs, quia dignitatas licet iurisdictionem nō habeat reputatur ex dict. iuribus. Tanta enim consuetudini attribuitur potestas Abb. in. d. cap. de multa. nu. 22. Aret. consi. 23. num. 4. Selua vbi supra. Rebu. d. c. seculare beneficium, nu. 6.

Quare resolutione in mandato apostolico de prouidēdo de dignitate nō cōpræhenditur personatus. c. cui de non sacerdotali, de præb. in. 6. Rebu. in praxi beneficiorū. c. de dispensat. rat. ætatis versi. & ad dignitates, & è conuerso in mādato de prouidēdo in personatu nō includitur dignitas, vt probat Stafi. de literis gratię. vers. ex quib⁹. & Rebu. vbi supra. & Quinti. Mando. vbi supra.

23 Ac proinde idem iuris esse in primiceriatu resoluit Decius per tex. ibi, in. d. c. cum accessissent nu. 1. Licet enim simpliciter personatum esse cōtendat, dum tamen habet potestatem coercendi diuina ministeria turbātes. tex. in. c. per lectis, ibi ad primicerium. 25. distin. celebris secundū Aretin. cōsil. 23. n. 5. Corras. in parafrasi sacerdotiorū. 4. par. c. 3. nume. 6. Scefalus consil. 83. numer. 6. volum. 1. dignitas censenda est, & ita depræhenditur ex propria illius primiceriatus origine: qui enim inter scriniarios Principis antè ibat, & honore & dignitate præstabat primicerius vocabatur, vt in Rub. & nig. de officio primicerij aduertit Pirrus, & ibi Alcia. cuius imitatione qui in choro præest primicerius dicitur, alio nomine cātor seu præcentor: at licet hæc imitatio vera sit, nō tamen origo, quoniam primicerius nō est compositum

situm nomen, vt ipsi opinantur: sed positiuum 24
idem enim est, quod primus cætera frustra adiecta sunt: quare non scriniariorũ duntaxat dicitur primiscerius: sed qui in quocũq; ordine primum locũ obtinet, primiscerius nũcupatur: sic qui in fabricæ gubernatione primus est, primicerius dicitur in l. 2. C. de fabricẽsibꝰ lib. 11. & primiscerius mensorum qui inter mensores primum locũ obtinet l. vnica. C. de mensoribus, lib. 12. & in alijs congestis à Brisonio & Berrutio de verborum signif. li. 14. verbo, primicerius à Cuiatio in dict. rub. C. de officio primic. lib. 12. & in l. 2. 3. & 4. titu. 6. lib. 10. C. Theodo. Lance. Conra. in templo iud. lib. 1. cap. 1. §. 4. versi. clarissimi.

Vnde fit, quod qui in hac alma vniuersitate inter omnium facultatum dd. quolibet anno eligitur ad cõseruandam ipsorum dignitatem, & ad cætera ipsorum Doctorum munia primicerius appellatur. Ex quibus, qui in choro ad coercendos diuinum cultum impedientes, & ordinanda quotidiana chori ministeria præpositus est primiscerius, cantor, vel præcentor dicitur, & dignitas reputatur, & sic de alijs. Curata etiã beneficia exprimi voluit Clemens cum in eis plura sint requisita à simplici beneficio longè separata, vt diximus supra, numer. 20. & probatur in dict. ca. cum in cunctis de electione, & in ca. licet canon eod. tit. in. 6. Rebu. in praxi. ca. requisita ad bonam collationem Naua, in manuali. ca. 25. in princ. & per totum hodie Tridẽtini sessione. 22. ca. 1. & sessione. 24. c. 12. & 18. & post concilium Lãce. Conr. in tẽplo iud. lib. 2. c. 12. per totũ, vbi noue omne parrochi ministerium descripsit.

Satis itaque in dict. Clemen. voluit Pontifex omnem dubitandi causam tollere maximè cum sciret sequestrationem sui natura odiosam & interdictam esse, ac proinde iuxta generales iuris traditiones nõ esse extensioni locum, vnde si beneficiũ solùm exprimeret, quia odia restringi cõuenit dubitaretur, an dignitates personatus & curata comprænhenderentur ad arcendam: ergo disputandi causam nominatim exprimit beneficiũ dignitatem personatum & curatum, vt in qualibet eius specie omnia comprehenderentur beneficia, singulas species ad similes referẽdo argu. c. qui ad agendum de procurato. in. 6. Clem. non potest de procurato.

Vnde fit quod lata. 1. apud curiam sentẽtia in quocũq; beneficio simplici, vel curato dignitate, vel personatu contra possessorẽ sequestrationi locus erit, & ita quotidie in praxi obseruatur illa enim curiæ authoritas, & eius ratio postulãt in quibuscũq; dignitatibus, vel beneficijs sequestrationẽ decernẽdi ius obtinere ex. d. Cle. ad quã interpretationẽ reducẽda sunt quæ inuolutè referunt Cardi. Ancarra. Imola, & Bonifacius in d. Clem.

Qua etiam ratione rectè erit percipienda propositio illa toties disputata, sequestratio excusetur ne satisdatione, & cũ ex. l. Senatuscõsulto. ff. de officio presidis. l. si fideiussor. §. si satisdatũ. ff. qui satisdare cogan. l. litibus. 19. C. de agric. & cẽsitis. lib. 11. & communi resolutione in ca. 2. de dolo & cõtu. vt resolutum est in. c. 1. n. 49. & in. c. 2. n. 62. in fi. & verior explicatio est satisdatione sequestrationẽ tolli quotiscũq; causæ propter quã sequestratio fit per satisdationẽ consulitur, & eadẽ ratione in contrarium pensata nõ cessauit sequestratio quãdo per satisdationem nõ cõsulitur periculo ac proinde quãdo sequestratio ad arcendũ scandalum fieret, vel postulante creditor penès debitorẽ fit pecuniæ sequestratio & inhibitio & in similibꝰ casibus quorũ periculo per satisdationem nõ succurritur at verò quando sequastratio propter dissipationem, vel eius timorem, vel propter cõtumaciam fieret absq; difficultate illi consuleretur per satisdationẽ. & ea sequestratio cessaret, & ideò cessare in specie. c. 2. de dolo & contu. & c. 2. & huius. c. fi. certum est: & in eadẽ specie obtineret in casu. d. Clemẽtinæ, vt diximus. d. n. 62. in qua etiã in proprio casu. d. Clem. disputabit Cardi. n. 29. in. d. Clem. & ex Ioan. Andr. & alijs argumẽtis ꝓbat posse beneficiarũ satisdatione sequestrũ excusare, verũ ex especulatore contrariũ resoluit duplici causa. Primo ne cõdemnatus incũbat vitiosè possesioni. argum. c. vnici de eo qui mittitur in possesionẽ lib. 6. & ne cum fructibus potiatur litem malitiosè differre procuret: ego ita difficultatẽ absoluendam putò resolutionem in. d. c. 2. n. 62. & in. c. 1. n. 49. Verissimã esse & ad interpretationem. d. Clem. vnicæ. Ita aplicandam quod in proposita illius tex. specie quãdo beneficiariꝰ in curia petitorio, vel possessorio condemnatur decreta contra illũ sequestratio satisdatione nõ impeditur, nec cessat quod superiori ratione facilè constat siquidem authoritas Romanorũ iudicum ex qua sequestrum decernitur satisdatione non est diminuta, nec per satidationem illius sententiæ tollitur præsumptio cõtra beneficiarium faciẽs & ita obseruandũ est & proximè in praxi obseruatum in causa apud curiam pendente super archidiaconatu de Sabogal.

Prima enim apud curiam cõtra D. Ioannem de Toledo & Silba possessorẽ lata decretum fuit in archidiaconatu sequestrum iuxta dispositionẽ dict. Clem. nec satisdatione impediri potuit. Cæterùm si ab ipsismet curiæ iudicibus seque-
25 strũ popter dissipationẽ, vel propter cõtumaciam decerneretur nõ obstãte eorũ iudicũ authoritate per satisdationem sequestrũ cessaret argum. d. l. Senatuscons. & l. si fideiuss. §. si satisdatũ. & meliꝰ ex nostro tex & ex. c. 2. supra, & c. 2. de dolo & cõtu. & cõmuni resoluta, supra, in. c. 2. n. 62.

Sequitur

26 Sequitur in Clem. (à possessore huiusmodi dũ tamẽ triennio pacificè antea ab eo possessum non fuerit) his verbis docemur sequestrationem in specie. d. Clem. non fieri cõtra triẽnio posidẽtem, & ad hoc celebris est tex. in. d. Clem. ad cuius cognitionem constituo legem Pontificiam ad arcẽdas immortalium in beneficijs litium causas instituisse beneficium triẽnio pacificè posidentem securum esse in consilio Basiliensi, Sesione. 20. de pacificis possessoribus. 4. Thomo Conciliorum. Vnde prodita est regula cancellariæ de triẽnali possessore ex qua post triẽnium pacificè posidentẽ vlterius molestari non posse quoad possessionẽ palàm est, & inde quoad proprietatem idem ius ob

27 seruandum esse agnouit. gl. in eadem regula Cancellariæ, & Ripa lib. 1. Respõs. Responso. 17. Lud. Gom. in d. regu. q. 26. & Mandosius ibidem Rebuff. de pacif. possessoribus. nu. 19.

Contrarium tamen ipiò legem Pontificiam ex d. regula possessionem duntaxat non proprietatem comprehendisse obseruat glo. in pragma. santione. ti. de pacifi. posses. in prin. Felin. in. c. sicut. nu. 31. de re iudi. Ioãnes Selua de beneficio. 3. par. q. 2. n. 6. & ita Rotã iudicasse refert Gom. vbi sup.

Tertia opinio pro compositiõe ab alijs refertur, vt hæc posterior opinio procedat data mala fide posidentis prior vero obtineat si bona fide triẽnium perficiatur, quoniam sicut in triennij vsucapione & bonam fidem & titulum interuenire necessè est. l. si res. 10. l. nũquam. 31. ff. de vsuca. l. 2. §. si seruus. ff. de vsucap. pro empt. l. vni. C. de vsuca. trans. in princ. instit. de vsucap. l. 12. tit. 29. p. 3. Ita quoad Regulam de triennali affirmat Cardin. in d. Clem. vnica, de sequest. n. 7. & suprà relati.

Quarta opinio est triennalem, possessorem, etiam quoad proprietatem securum esse, ope tamen exceptionis cuius respectu non est necessaria bona fides posidentis, vt ex Gometio & alijs probat Illustriss. & sapientiss. Preses Couar. in Regula possessor. 2. p. §. 10. num. 10. 4. conclusione. Ego semper existimaui regulam de triennali accipiendam esse in specie duntaxat de qua loquitur, scilicet, in possesionẽ triennali non violenta titulum saltem habẽte coloratum. quo fit, quod cum malæ fidei possessor iuxta pontificias traditiones non censeatur titulum habere nunquam securus erit præterea quoad proprietatem non esse securum hæc satis suadere videntur.

Primò quia lege Pontificia triennij vsucapio. vix probatur citra speciem. c. placuit. 16. q. 3. ca. 1. de præscriptio, in quibus conficitur præscriptio quædam irregularis & anomala post triẽnium irrebocabilis, nec prorsus absq; causa cũ enim episcopus alienus proprium admonet, vt locum suæ diocesis cõuertat & post sex mẽses proprio negligente ille locum conuertit, & intra triennium prius nõ repetit alienus irreuocabiliter suæ dignitati locum adquirit iuxta veram illorum iurium interpretationem. Vnde tot concurrentibus perficitur & vix in ecclesiasticis alia reperietur.

Secundo & qui maiorem triennali possesioni authoritatem præstant concedunt, nec titulũ posidenti præstare glo. magna, in. c. contingit de dolo & contu. satis laudata à pluribus relatis per Cobarru. d. nu. 10. 6. conclu. rursus quia & ipsimet cõcedunt, ex triennali bona fide cõtinuata cognita mala fide nõ esse securum in animæ iudicio, vt resoluit Couar. vbi suprà. 7. conclus. sed si triennio prescriptio perfecta esset quoad proprietatem postea malæ fidei cognitione non inficiaretur licet enim lõgior sit disputatio an præscriptio iure perfecta super veniente mala fide vicietur & tres opi

28 niones refert. gl. ver nouerint in. c. vigilãti de præscriptio. & Antonus distinguat inter forum contentiosum & animæ receptior tamẽ est vtroq; foro securum esse, quia obtinet illud bonum publicum quo prescriptio consistit. l. 1. ff. de vsucap. gl. fin. in. c. fi. & ibi cõmunis secundum Abb. nu. 6. Felin. 11. Parisium. 12. & in. d. c. vigilanti, vbi Mãtua. in nu. 4. refert nomen fundamenta & quinq; contrarijs satisfacit de præscript. Marcus Anto. Bobius de statutaria prescriptione glo. 21. nu. 49. quod & theologis placuit Dominico Soto de Iust. & iur. lib. 4. q. 5. art. 4. Marti. Ledesma in. 2. 4. q. 18. art. 2. quia ea in specie non obtinet cõcilij respõsum relatũ à Gregorio. 9. in. ca. fi. de præscriptio. dum probat in nulla temporis parte præscriptionem absq; bona fide procedere, quia obtinet à principio vsque ad finem postquam tamen perfecta est nihil nocet male fidei cognitio, ex quibus satis apparet, q̃d si trienalis beneficij possesio securitatem in proprietate præberet mala fides postea cognita ad dimittendum in conscientia beneficium minimè obligaret.

Tertiò, ex text. in dict. Clem. vnica de sequest. vbi docet contra triẽnalem pacifice posidentem nõ esse sequestrationi locũ licet data fuerit apud curiã prima sentẽtia in petitorio, vel possessorio. Relinquitur ergo cõtra triẽnalẽ litigari in proprietate. Quare probabilius est triennalẽ possessorẽ absque bona fide nõ esse in proprietate securum.

29 Quibus ita compositis disponit tex. in. d. Cle. vnico contra triennalem possessorem non esse sequestrationi locũ. ad cuius interpretationem glo. & interpretes inquirũt an trienniũ iam elapsum esse necesse sit, an inchoari sufficiet, & gl. ver. triennio in. d. Clem. probat nõ sufficere inchoatũ, nisi perfectum sit. Card. n. 18. Bonifac. n. 40. Selua de beneficio. 3. p. q. 29. n. 8. Dominus Anto. Padilla in. l. 1. n. 18. C. de fideicom. quibus adendũ est optimũ text. arg. in. c. cõmissa. 35. in prin. ibi. (cũ ex toto fuerit ipse annus elapsus) de electione. lib. 6.

Nec

Nec sufficit triennalis illa possessio, nisi pacifica fuerit, & argu. erat tex. in d. c. cõmissa, & probat expressè. tex. in d. Cle. & sic duo ad decernẽdum sequestrũ in specie ipsius clemẽtinæ copulatiue interuenire necesse est. alterum, triẽnalem possessionem iam perfectã, alterũ pacificã fuisse.

30 Vnde fit quod si triennio possideret beneficia rius & in ius vocaretur super beneficio & litepẽdente perficeretur triẽnium eoq; perfecto sentẽtia apud curiã lata fuerit sequestro locus erit, nec illa triẽnali possessione poterit impediri: quia nõ fuerat pacifica, & ita probauit ibi glos. ver. antea. Cardi. n. 18. Bonif. n. 41. cum sequentibus.

Inde etiã deducitur quòd si cõtra simoniacum lata fuerit apud curiam sententia nõ obstãte triẽ-
31 nali possessione sequestro locus erit, vt ratiõe cõstat quia regula de triennali & possessionem & titulum coloratũ requirit, sed simonia & titulũ & possessionẽ inficit tex. in extrauagãti cũ detestabile, de simonia cũ multis relatis, in. c. 2. in. n. 52. 22. casu, supra eodẽ, & in specie probat gl. ver. coloratum in pragma. sanctione de pacificis possessorib⁹. ver. coloratũ. Gomezius in regula de triẽnali. q. 12. Cassador⁹ decis. 4. de sequest. possessionis. Contrariũ tamẽ ex eo probatur qđ tex. in d. Clem. solũ exigit triennalem pacificè possedisse cum titul. colorato. quo argumẽto Quinti. Mandos. in regula de subrog. collit. q. 5. n. 3. ex Cardina. n. 7. in. d. Clem. asserit, qđ contra triennalem possessorẽ: etiam in casu quo non gauderet regula de triẽnali nõ erit locus sequestro, quia Clem. solũ fundatur triennali possessione pacificè continuata: & ita plures Rotã iudicasse. refer. d. q. 5. & n. 3. & 4. cæterum prior sentẽtia verior est cũ Casadoro, & pro illius difficultatis, & aliarum resolutione obseruãdum erit: quod quando titulus esset inualidus sequestro locus nõ erit, sed quãdo est nullus sequestro locus erit, idemq; iuris obseruandum erit quãdo ipsa possessio inficitur, vt in simoniaco, & in heretico quos nõ iubauit pacifica triennij possessio: quia cũm sit vitiosa non dicitur possessio, vt ex. l. quoties. ff. qui satisdare cogan. & in. l. si se non obtulit. §. condemnatum. ff. de reiudi. Gomet. in regula de triẽnali. q. 2. & ipsimet Quintilia. Mãdos. de subrog. q. 5. nu. 2. nec me mouet Card. authoritas. d. n. 7. quia ipse probat duo requiri in Clem. scilicet triẽnalis possessio & pacifica, quia intelligẽdus est Cardi. in possessione legitima: sed in simoniaco non est legitima, & ideo nec in eo, nec in similibus iuuabitur illa possessione. & ita tenẽdũ est alia plurima circa triẽnalẽ possessionẽ vltrã Gometiũ & Mãdosiũ in dictis regulis. gl. in. d. pragm. sanctione. Rebuffũ Seluã & Couar. & Padilla vbi supra, tradit Menochi⁹ de recuperãda remedio. 15. n. 461. Cardi. n. 7. & n. 18. in. d. Clem. vbi etiã Bonifacius de vita linis. n. 40. cũm sequentib.

32 Sequitur in. d. Clem. (per loci ordinariũ) principio glo. ver. ordinariũ & oẽs cõmuniter aduertunt ordinarios plerũq; cognoscere in causis apud curiã pendentibus sic etiam in. c. cum teneamur de appellatio. alios casus referunt Cardin. num. 8. & 20. Imola. n. 13. Bonifa. à nu. 49.

Secundo animaduertunt ordinariũ loci sequestrationem decernere in. d. Clem. dispositum esse siue institutionẽ beneficij habeat, siue nõ. c. ordinarij in prin. de officio ordinarij. lib. 6. ca. quãquã de vsuris. lib. 6. & ibi cõmunis, Clem. 1. vt litepẽdẽte, & plerumq; in Tridentino hæc fieri cõstat sessione. 6. c. 2. sessione. 7. cap. 5. 6. 7. & sessio. 14. c. 9. & d. sess. 7. c. 7. sess. 24. c. 17. & sess. 25. c. 16. cũ alijs pluribus rationem assignant omnes relati, & statim referendi, ordinarijs magis notas esse personas maioremq; habere potestatem ad comprimendos contradictores, nec hac in specie vti delegata, sed ordinaria iurisdictione. c. licet, de officio ordinarij cõmunis ibi recepta in. d. Clem. nec in hoc aliqua difficultas est, sed nõ leuis succedit an ad seculares possit pertinere, vt super ver. idoneã statim disputandum erit.

33 Tertiò obseruandum est, quod licet loci ordinarius. l. Diocesana, & nõ delegata in specie Clementinæ vnicæ sequestrũ decernat nõ tamẽ potestate ordinaria, sed ex iudicium curiæ commissione, & hunc esse curiæ Romanæ stilũ, asserit Bonifac. in. d. Clem. vnica. n. 49. & Quinti. Mandos. in praxi commissionum forma. 19. q. & 3. & inde ipse Bonifacius numeris successiuis inquirit quomodo per ordinarij vicarios, aut officiales sequestrum ex commissione fieri possit.

34 Sequitur (apud aliquam personam idoneam sequestretur) ex illo ver. idoneam glo. ibi recepta secundum Card. n. 21. Bonifacium. n. 47. colligit beneficij sequestrationem fieri penès clericum ordine ad illud beneficium necessario insignitum fas esse quod benè confirmant verba quæ in ipsa clemen. sequũtur ibi (quæ plenã de ipso & debitã curã gerẽs) & probatur argu. ca. ex ratione ver. idoneis clericis de etate & qualitate & cap. nemo deinceps de electio. libr. 6. & esse tamen idoneum vel non ad communem estimationẽ pertinet. l. si à bonæ fidei. 21. ff. de reiuend. & quamuis hæc ita rationi conueniant atsi sequestratio penès alium fiat sustinebitur habito respectu ad ordines, quia quoad idoneitatem ordinarij partes sunt, & ideò si penès minimè idoneam personam sequestrum faceret teneretur vtiq; & suo periculo facere hoc enim & verba & ratio dict. clemẽt. & communis satis probant.

35 Qua ratione, vt quoad ipsam clemẽtinã & nõstrum tex. in hoc. c. fin. & in ca. 2. suprà & in vniuersum sequestrationis tractatũ absoluamus. tria quoad

quoad personas in descernẽdo sequestro tempora cõsiderãda esse puto, quibus plures interpretũ disputationes comprehendam. Primũ ad ipsius sequestri decretum. Secundũ, postquam sequestrum decretum est, & receptum. Tertium postquam sequestri causa cessauerit.

36 Ad primum tempus præmissis & pro cõstanti habitis omnibus his quæ suprà resoluta sunt, hic & in.d.c.2.in prin.aduertẽdũ est quod cũ ex generali regula sequestratio prohibita & odiosa sit, plerumq; tamẽ ex causa permittitur, vt in.c.2.ad.1.argum.latè disputauimus à n.19. qui sequestrationẽ petit de causa ex qua fieri ius permittat docere debet, & vt subiectæ materiæ ratio postulauerit causæ cognitio desideratur & oẽs quorũ interst vocari, vt in.d.ca.2.diximus, & inde iudex sequestro locũ esse, vel nõ decernit quod si fieri sequestrum decreuerit sequestrationẽ fieri equum est, nec appellatione impediri ratio postulat, ex tex.in.l.Imperatores.21.§.fi.de appellatio.præsumitur enim appellationẽ interponi ad impediendã sequestri executionẽ. arg.tex.in.l. satis. C. de falsis. & in.c.fi.in fi.de iudicijs. & ita Romanus in l.si fidei iussor.§.fi.ff.qui satisdare cogãtur Rebuf. in.l.sequester.109.3.cõcl.ff.de verb.signifi.Petr. Foller.ad constit.Neapolit.ca.charitatis subsidio versi.fi.nu.33.fol.75.

Post sequestrationis sententiam partes intra tres dies cõuenire debent de persona apud quam res de qua controuersia est deponatur ex tex.in.l. in venditione.§.fin.ff.de bonis auth.iudicis possidendis, quod si non conuenerint iudex poterit eligere sequestrẽ: ita Rebuff.3.Thomo.de sequestris.art.4.glo.3.nu.2.& in d.l.sequester.4.concl. prudens tamen iudex semper curare debet, vt cõueniant de persona: quia licet hoc in vniuersum vtile sit.l.1.§.inde quęritur.ff.de operis noui nuntia.in hac tamen specie iudici vtilissimum erit, quia si sequester à partibus acceptus soluendo nõ sit ipsis imputabitur tex.in.§.fi.Instit.pro socio si vero à iudice, periculi ipse reus erit excusis fideiussoribus.l.1.ff.de magistratibus cõueniẽdis.§. penult.Instit.de satisdatio. tutorum. Rebuff. in d.l.sequester.109.13.conclu.ff.de verb.signifi. & 3.thomo de sequestris, art.4.gloss.3.nu.5.

37 Deinde partes debẽt vacuam possessionem sequestro relinquere, vt probatur in dict. clemẽ.& probat Rebuffus in vtroq; loco proximè citato & dicemus infrà.

38 Sequester vero à iudice poterit cõpelli maximè in Hispania post Caroli Quinti pragma.sancti.quamuis enim iure cõmuni penès iudicẽ, vel eius officialẽ sequestrũ fieri iudicãtis arbitrio cõmitteretur.text.elegans in.l.si fidei iussor.§. si satisdatum ibi.(iudice sederit.)ff.qui satisd.cogan. gloss.ver.& deponatur, in.l.Senatuscõ.ff.de offi. præs.text.in.l.ligatores.11.§.quid ergo.ff.de receptis arbitris, ca.exposita de arbitris. Ias.in.l.cum filio fam.n.22.ff.de legat.1.Baldus, Romanus, Socinus, Iasson & Orozco, in dict.§. si satisdatum. Tiraquelus de vtroq; retractu.lib.2.§.4.glos.7.in prin.Cur.de sequestra.q.4.nu.28.Grego.in.l.1. tit.9.par.3.glo.fi.in prin.Menoch.de arbitr.Cas. 87.nu.10.quod tamen à prudẽte iudice satis fugiẽdum erit, sequestrum enim apud iudices factum & illis periculum, & partibus iniuriam, & omnibus scandalũ parit quod si penès notarios sequestrũ fiat partibus vexationẽ & ipsis occasionẽ producit, & ideò sanctissimè à Carolo Quinto Imperatore Regeq; nostro felicissimo expressè interdictum fuit in Comitis Segobien.pragma.83.anni.1532.& apud Pincianos pragm.70.anni.1537. hodie estãt.l.13.tit.10.lib.2.l.13.tit.9.lib.3.l.22.tit. 1.lib.3.l.28.tit.25.lib.4.l.2.tit.21.libro.2.Compil. ex quibus personam idoneam eligere satis est, ex dicta.clemen.& communi, suprà relata, melius generaliter in.l.1.titul.9.part.3.in fin. quòd si partium consensu eligitur magis conuenit, vt suprà diximus.

Cæterùm si in sequestrem electus recusat an à
39 iudice possit compelli quęstionis est & iudicis officio posse compelli, vt solam operam nõ impensam præstet ex.l.1.in fi. ff. vbi pupillus educari debeat, ibi Baldus Curtius de sequestris. q.2.n.1. Gregorius Lopez, in.l.1.glo.fi.tit.9.part.3.

Contrarium tamen imò inuitum sequestrũ accipere nõ compelli probatur ex eo quod in sequestro contractus est, sed contrahere nemo cogitur l.nec emere.C.de iure delib.quia res libera & soluta & extra necessitatẽ posita est, vt de arbitrio respondet Vlpianus in.l.3.§.1. ff.de arbitris.l.fi.§. sin autem.vbi Angelus.C. de bonis auth. iudicis possidẽdis, Bartolus per tex.ibi in.l.litibus. C.de agri.& censitis.lib.11.tex.in.c.examinata ibi.(sequestratam accepit) de iudicijs quę verba ad voluntatẽ referũtur.Ias.in.d.l.si fideiussor.§. si satisdatũ.n.3.ff.qui satisdare cogantur.Rebuff.in d.l.sequester.6.cõcl.Quod magis receptũ est, Baeça de tutore.c.20.n.15.Beroius in.c.quoniã cõtra.n.160. de proba.Tiraquel.de retractu.tit.2.§.4.gl.7.n.5.&.6.& obseruandum, nisi materiæ subiectæ ratio cõtrarium postulet tũc enim tãquam officialis publicus poterit compelli.l.munerum.§.iudicandi.ff.de muner.& honor.qua in specie defenditur priorum opinio.

Illud tamẽ obseruãdum erit sequestrẽ, vel spõ
40 tẽ rem sequestro accipientem eam absq; causa & iudicis authoritate dimittere non posse, vt elegãter respondet Vlpia.in.l.ei, apud quem.5.§.fi.ff. depositi.l.si oleum.10.ff.de dolo.l.2.titul. 9.part. 3.omnes communiter secundum Iassonẽ in.d.§.si satisdatum.n.4.Rebuffum in.d.l.sequester.7.conclu.

clu.Curtius.d.4.q.n.2. Gregorius Lopez, gl.1. in.d.l.2.& ita frequentissimum est.

41 Nec immorandũ erit an fiat penès vnum, vel duos, licèt enim ex.d.clement. vnus eligẽdus sit, vt probãt illa verba personam idoneã, & ibi probat Cardi.n.30.& alij allegati à Gregorio in.l.1. tit.9.p.3. verb.los hombres.posse tamẽ extra illam speciẽ apud plures fieri receptius est.l.1.ff.de iure deliberadi.l.ex facto, la grande.ff.de hęred. institu. maximè si res in diuersis locis essent, & ita probat.d.l.1.ad fin.tit.9.part. 3. & ibi Gregorius Lopez.Rebuff.in.d.l.sequester.cõcl.14. & infrà citãdi, apud vnũ tamẽ fieri magis cõuenit vel vt mercedis ratio minor sit.

42 Inde etiam dependet sequestrem mecedẽ, vel salariũ petere posse, quia nullus cogitur alteri beneficiũ facere.c. cum secundũ apostolũ de præb. c.charitatem.10.q.2.l.ab eo. C. de fideicõmissis. l.fi.C.de bonis aut.iudicis possid.l. mulier. ff.de captiuis. l.vnica, de præbẽdo salario, lib.10.Tiraquelus de retract.§.4.gl.7.n.7.li.2.Curtius de sequestris.q.24.nu.78. Didacus Perez, lib. 3. col. 1141.Rebuff.in.d.l.sequester.conclus.12.

Contrariũ tamen imo nõ posse probatur: quia nudus minister est, sed nudus minister nullũ debet commodũ sentire, vt respondet Sceuola in.l. Luci⁹.38.§.à te peto.ff.de legatis.2.& ita in sequestro respondet Baldus cons.183.volu.1.Angelus. Imola, Romanus, & Aretinus.in.l.inter esse puto.ff. de adquir. possess. & Gaspar Baeza de tuto re.c.20.n.16.Sed.1.verior est & praxi magis recepta & æquitati cõformis cũ enim curã & laborem imponere necesse sit mercedẽ petere posse consequẽs erit, & hoc magis suadet, quãuis gl. ver. præscriptis in.l.si oleũ.10.ff.de dolo. vix hoc affirmare causa, & ita habita rerũ & custodię cõsideratione prudẽs iudex salariũ, vel mercedẽ cõstituet.

43 Ad secundum tempus, postquam decretũ fuerit à magistratu sequestrum, & à sequestre receptũ quæ sequestris partes sint breui oratione expediã eius enim officiũ mediocri, & vulgari labore cõpletur, vt verius dicã plenã & necessariã rei adhibebit, vt dicit tex.in dict.clem.& tex.elegãs in.l.litibus.19.C.de agri.& censit, lib.11.& vbiq; communis.

Principio sequester in licitatione rem locare debet vocatis ipsis partibus & magistratus authoritate, & tũc plus in licitatione offerenti detur, & preciũ custodia, vel fructus pro temporis oportunitate seruet & vẽdat, vt ex.d.l. litibus. Barto.& oẽs ibi probãt, & Rebuff.in.d.l.sequester.109.cũ alijs allegatis in.c.2.n.45.quod si sequester nõ haberet pro custodia domum oportunã poterit fructuum expẽsis sufficientem cõducere ex.d.l. litibus, & ex.d.clem.& .l.is cui.§.qui seruandorum. ff.vt in possessionẽ legatorum.Salicet.in.l. vnica.C.de sequestratione.Marcus Anto.Nata.cõsi.584.n.7.3.par.expẽsas autem, sequester nõ aiterfaciet, quã iudicis authoritate & vocatis partibus quarum interest.argu.tex.in.l.nam ita.ff. de adoptio.l.ait pretor in fin.ibi (neq; enim sine permissu eius diminutio fieri debet) text. in. l. litibus & ibi cõmunis. C.de agri.& censi.lib.11.Romã.singulari.408.Rebuff.de sequestris.art.3.gl. 1.& in.d.l.sequester conclus.11.Neque obstat in possessionem ex. 1. decreto missum posse absq; ea solennitate impendere.l.prætor.§.quod ait.ff. de bonis auth.iudi.possid.quia plures sunt inter vtrumq; differentiæ quarum vnam in.c.2.explicauimus missum iure proprio in possessionẽ esse sequestrem vero alieno nomine eius, scilicet, qui victoriam in causa habuerit ac proinde non propria impendere authoritate oportet, quãdiu rem sequestro habuerit habebit autem quandiu iudicis licentiam ad dimittendum non impetrauerit vt diximus suprà.n.40.& statim repetemus.Interimq; sequestri curam geret.& quæ ea sit dicemus statim ad illa clemen.verba (plenam & debitam curam, &c.)

Ad tertium tempus diximus quod licet inuitus nemo ad recipiendũ sequestrum iure nisi ex causã compellatur, tamen semel vel sponte recipiens dimittere absq; causa & magistratus authoritate dimittet, supra.n.39.& .40. Vnde quæstio

44 nis est quanto tempore duret sequestratio, & vsque ad finẽ causæ durare argu.est text. difficilis, in ca.1.supra, in vers.bonæ mem. Celestinus ibi (& ei parti possessionẽ post modũ resignarent, quæ habere de proprietate triũphũ.&in.d.clem. vni.isto tit.ibi) qui finalẽ in causa victoriã obtinebit, & ita probauimus nouum intellectũ in.d. c.1.n.59.idem suadere videtur.l.Senatuscõ. in fi. ff.de officio præf.l.si fideiussor.§.fi.ff. qui satis. cogan.& in.d.l.litibus.Sed hęc omnia corrigi videntur.ex.l.2.tit.9.part.3.vbi ad iudicis, vel partium voluntatem pertinet sed cõtrariũ affirmandum est, quoniã sequestri natura, vel lex est vsq; ad causæ finẽ durare, vt vltrà iura superius allegata eleganter probat Vlpianus in.l.ei.apud quẽ 5.§.fi.ff.de positi.ibi, (nã plerũq; non est permittendum officiũ, quod semel suscepit contra legẽ depositionis deponere, nisi iustissima causa interueniente) sequestri, itaq; legẽ durat vsq; ad causæ finem sequestratio. Hæc est regula : limitatio vero, quod nõ obtineat quãdo à iudice sequestratio ad certum tempus decernitur, vel partium cõuentione ita statutum est. Qua in specie obtinet

45 dict.l.2.partitæ, quæ magis respicit nõ posse à sequestris dimitti ante illud tẽpus iuxta eiusdem Vlpiani responsum in dict.l.ei, apud quem. §.fi. & ita duo obseruãda sunt. Alterũ ex.d.l.partitæ, nec ius ciuile, nec pontificium corrigi: sed potius eleganter

eleganter declarari, alterum hodie sequestrationē à iudice factam vsq; ad causæ finem decretam cēseri: & ita obtinere.d.l.si fidei iussor.§.fi.ff.qui satisd.cogan.l.Senatusconf.in fi.ff.de officio præf. l.ei apud quē.§.fi.ff.de positi.l.litibus.C.de agri. & censi.lib.11.c.1.supra eodem.& dict.clement. posse autem, & partium cōuentione & magistratus autoritate ad certum tempus sequestrationē fieri, & ita interpretāda esse illa iura, & ita docere.d.l.partitę.Neutro tamē casu poterit sequester rē ante finē causæ, vel tēporis lapsum, dimittere absq; iudicis authoritate. Iustæq; causæ successu, & ita ad praxim aduertendum est.

Finito itaq; sequestrationis tēpore sequester ab eo qui triūphū in causa habuit ad rationē reddendā interpellādus est, quod si recusat in ius vocatur, vt rationē reddat nō vt fructus restituat, si-
46 quidē nō est ab executione incipiendū.l.1.C.de execut.rei iud.& actione præscriptis verbis conueniri potest.l.si oleū in prin.ff.de dolo, &ibi, cōmunis & actione ex stipulatu vt probat Rebuff. in.d.l.sequester.8. conclu.ff.de verb.signi.& manu militari res posita ab eo auferenda est. l. qui restituere.68.ff.de rei vend.& in carcerem donec restituat detruditur, vt docet Bal.in.ca.1.supra eodem & recipitur à Rebuffo, in.d.l.sequester.8.cōclu.l.2.tit.9.par.3.& in dict.clem. vnica ibi.(illi restituat) quo etiā tex.probatur huiusmodi restitutionē à sequestro faciēdā esse mādato eiusdem iudicis qui sequestrationē faciendā esse decreuerat, probatur etiam in.l.fi.§.sin autem.C. de bonis auth.iud.possid. ibi(per suā autē inter locutionē creditorē præcipiente secūdū modū debiti ex depositis pecunijs suū accipere debitū) quod absq; difficultate ab omnibus receptū est, secundum statim referendos.

47 Ex quibus omnibus deducūt clericum sequestrē ad huiusmodi restitutionē secularis iudicis mandato cogendū esse, & ita ex.d.fi.C.de bonis auth.iudicis possid.ita docuerat Baldus in.l.si fidei iussor.§.si satisdatū.ff.qui satisdare cogantur dicēs quod si sequestratio facta fuisset apud alicuius monasterij sacristā eiusdē secularis mādato sequestrū ei qui victoriā habuit reddēdū esset, idē Bal.in.l.acceptā per tex.ibi,(sacratissima sedes)C.de vsuris.n.5.dicit quod si clericus fuerit depositarius potest cogi iudicis secularis officio ad depositi restitutionē, quia nō proceditur propriè cōtra eū in vim iudicij, sed executiuè, in vim suscepti officij, & ita recipitur à Iassone in.d.§.si satisdatū.n.6.& à Rebuffo in.d.l. sequester. 109. versi.9.cōclu.ff.de verb.signi.& cōmuniter secūdū Robertū Marantā de ordine iudiciorū.4.par. dist.11.n.37.& relatos à Tiraq. de retract.tit.2.§. 4.g.7.n.9.& à prin.plura cumulauit in sequestro & secūdū relatos à Didaco Perez.d.lib.3.colum. 1142.q.12.quinimo & à seculari posse sequestra-
48 tionē fieri in prædijs beneficij ecclesiastici si scādali periculū est.Ripa in rub.extra de iudicijs numer.6.Matthæus Affli.decis.2.n.4.& decis.24. Iacobus Mand.consi.75.num.4.

Ego huic vltimæ sententiæ prorsus acquiesco quoniam si ad arma veniendi periculum est partes enim beneficij possessionem propria authoritate amicorum concursu, vel adipisci, vel defendere paratæ sunt ad magistratus imperium & officium pertinet scandalum arcere periculo cōsulere quod vt faciat poterit apud personam idoneam prædia, vel fructus deponere donec à iudice ecclesiastico de possessione, & eius causa cognitum sit verum clericum, vel religiosum sequestrem à iudice seculari ad rei restitutionem compelli, mihi vix persuadeo scio etenim, laicum in-
49 capacem esse ecclesiasticæ cognitionis & iurisdictionis.capit.1.& per totum.11.quæst.1.cap.quæ in ecclesiarum.capit. ecclesia sanctæ Mariæ de constitut.capit.3.de cōsuetud.cap.2.cum sequētib.de iudicijs, capit.2. cum alijs de foro compet. nulloque pacto vel sacramento iurisdictioni seculari se subijci posse. capit. significasti.c.si diligenti de foro comp.quinimo si aliquomodo secularis iudicis cognitioni consenserit grauiter clericum puniēdum fore à concilio Milebitano & Cartaginensi sancitum est, quia in criminali deponitur in ciuili à causa cadit.cap.inolita ca.placuit.11.quæst.1.& ab Innocentio.3.confirmatur in capit.si diligenti de foro compet. Vnde proditum est scolasticos cancellarij licentia non impetrata à iudice seculari damnari, vel eorum iurisdictioni consentientes pena pecuniaria multādos esse. Qua ergo ratione poterit clericus à seculari ad rei sequestratæ restitutionem compelli,
50 quod si dixeris secularem hac in specie non principaliter cognoscere, sed incidenter, incidentiæ ratione incompetentem fieri competentem.l. quoties.C.de iudicijs.l.2.C. ad exhibendum.l. nullum.C.de testibus, vbi glo.Cinus, Bald.& Salicet.num.3.dicunt clericum ecclesiastici licentia testificantem coram seculari ab eo si falsum deponat puniri posse cōmunis secundū Guillelmum Benedict.in capit.Rainucius, verb.& vxorem nomine Adelasiam.nume.434.de testamē. & Bartol.Casan. in consuetudinibus Burgund. fol.52.numero.7.falsum vtique est, quia interdictum ecclesiasticæ cognitionis, & quo ad illud secularis iudicis incapacitas non tollitur ex incidentia quinimo verissima est propositio, iudices seculares nec principaliter, nec incidenter posse de causa ecclesiastica cognoscere, & ita extend. omnia iura suprà allegata.& in dict.cap.2.de iudicijs.tex.expressus in cap.tuā de ordine cognit. cap.lator.qui filij sint legitimi.cap. vt inquisi-

tionis

tionis.§.prohibemus.de hæret.libr.6.gloss.fin.in dict.cap.tuam omnes, in dict. cap.2. & omnium communes secundum relatos à Couarru.in prac. quæst.ca.18.n.8.&.c.31.&.35.Auendaño.2.part. cap.27.nu.5.Iul Clar.recept.sententiarum. lib.5. §.fin.quæst.38.Roland.consi.75.volum.1.& con sil.23.volu.2. Thesaurus Christia.relig.ca.35.Tello Iordano de maioribus episcoporum causis.ca. 8.num.30.&.47. Menochio de arbitra. casu. 180. &.246.Lancelloto, Conr.in temp.iud.libr. 2.c.1.

Neque obstat regula.l.quoties.C.de iudicijs,& l.nullum. C. de testibus, quia obtinent in iudice incomp. non in iudice incapaci inter incompetentes vero & incapaces maximum discrimen est incompetens enim ille est qui iurisdictionem habet in habitu & potentia,licet nō in actu & exercitio huiusmodi est episcopus,vel prætor Salmantinus quoad clericos, vel ciues Zamorenses huiusmodi etiam est sacerdos subditos non habens ex sacerdotio enim habet potestatem absoluendi in habitu & potentia non tamen in actu & exercitio cap.omnis vtriusq; sexus de penitentijs & remissionibus Tridentini sessione. 23.ca.15.iuncta sessione.14.cap.5.&.6.incapax autem est qui neque in habitu neque in potentia iurisdictionem habet huiusmodi est iudex extra territorium.l. vltima. ff.de iurisdictione.l.3.ff.de officio præsidis.cap.2. cum sequentibus de iudicijs.c.2.ca.si diligenti.ca. significasti de foro compet.ac proinde summa sit interpretatio incompetentem ex incidentia fieri
51 competentem incapacem ex incidentia non fieri capacem.vtriusq; ratio est,quia incompetentis iurisdictio in potentia & habitu consistens ex causa incidenti reducitur ad actum & exercitium,sed incapacitas ex incidentia non potest ad capacitatem reduci, quia incidentia est modus tollendæ incompetentiæ,sed non est modus tollendæ incapacitatis, quæ duntaxat tolli potest ab eo qui potestatem habet faciendi capacem. Quare cum laicorum incapacitas quo ad cognitionem rei ecclesiasticæ. lege diuina & Pontificia fuerit inducta tolli non potest,nisi ab habente potestatem illam tollendi, cum etenim euangelij lege illa supernaturalis potestas instituta sit duplici parte constans altera ad animæ salutem pertinet quam vocamus ordinis,vel clauium potestatem qua à peccatis absoluimur ad pœnitentias adstringimur Matthæi cap.16.Tibi dabo claues.&Ioãnis vltimo,vt refertur in cap. in nouo.21. distinct. & optime diffinitum est Tridentini sessione. 14. cap.5. &.6.& per Canones de pœnitent.altera ad conseruandam ecclesiasticæ iurisdictionis maiestatem & ad continendos in officio populos spectat Matthæi. 18. Ioannis.3. 10. &. 20. & refertur in cap.quodcumque.24. quæst.1. & Tridentini sessione 25. cap.3. & sessione.14.supra hac diuinas leges interpretari,humanas condere,ex illis iudicare,censuras decernere,rebelles comprimere,& in nō obedientes animaduertere,Pontificibus relictum est vtranq; enim potestatem immediate Petro & successoribus concessam fuisse ex prædictis authoritatibus constat à Pontificibus in prælatos inferiores priuatiuè vnicuique pro sua iurisdictione fluxit.cap. nullus.1.&.2.9.quæst. 2. cap.1.c. significasti.cap. cum contingat.cap.postulasti de foro competen. & vtroque Tridentini decreto.

Vnde fit eadem lege diuina laicos incapaces esse & ita significat. text. in cap.ita dominus.19.distin.in cap.si imperator.96.dist.vbi glo.ver.discuti & in.cap.quanquam ver.& harum & ver.diuino decensibus libr.6. communis secundum supra relatos.

Contrarium tamen imo.l.tantum positiua laicos incapaces esse probatur quia nulla euangelij lege secularibus rei ecclesiasticæ cognitio interdicta est,rursus quia si lege diuina incapaces forent nec tolli nec mutari posset incapacitas.capit. sunt quidam.25.quæst.1. c. vltimo de consuetudine.c. literas de restitutione spoliatorum cum alijs sed
52 plerunq; tollitur in cap. cæterum.cap. cum nō ab homine de iudicijs.c.verum.c. ex transmissa de foro comp. & in alijs, & ita probat Innocentius. in cap.2.de maioritate & obedientia. Alciat.in cap. cum non ab homine num.39.de iudicijs communem dicit idem in Ru. C. de sacrosanctis ecclesijs. Duare.de sacris ecclesię ministerijs lib.1.cap.2.sed obtinuit.Primam sententiam obtinere,quo ad illam potestatem rei spiritualis & illi annexa. Secundam vero quoad res ecclesiasticas profanas & temporales quarum cognitio lege tātum humana laicis erit interdicta spiritualium vero lege diuina,& ita ex spiritualium & ecclesiasticarum differentia.c.2.de iudicijs & ex text.eleganti in.cap. si iudex laicus ibi(quia de re ecclesiastica & spirituali)de sententia excommunicatio.lib.6.l. 56.& 57.titu.6.p.1.& ita reducendę sunt opiniones relatæ a Couarru.cap.31. in principio a Rolando consil.23.volumi. 2.a Menochio de recuperan.remedio.15.à.nu.210.& de arbitra.casu.180.&. 246. & à Lancel.Contra.lib.2.ca.1.

Ex quibus omnibus satis apparet laicos incapaces esse ad cognoscendum de rebus ecclesiasticis huiusmodique incapacitatem tolli non posse,nisi ab habente potestatē,& inde verisimum est pontificem maximum eaquę sunt ordinis laicis nō delegare,eaquę sunt iurisdictionis delegare.cap. prę ter,32.distin.versic.scribit Beatus Gregorius.cap. Menam.4. quæst. 5. episcopum vero posse laicis committere cognitionem rerum temporalium & profanarum ecclesiasticarum.gloss.verb.ducibus in cap.præter.32,distin.& ver.laico in cap.bene quidem.& verb.præter. 96.distin.communis, & verb.non præsumant in dict.c.2.ibi.Abb.Denu. 5. Ripa nu. 4. Mantua.nu.17.Couarru. dict.

B c.31.

c.31.n.4.Roland.consil.23.n.16. Alex.de Nebo. consilio.64.n.3.Lancelot.Conradus in tẽplo iud. lib.2.cap.1.§.3.Beroio.in capit.contingit.nu.4.de arbitris, vt pluribus conclusionibus memini, me aliàs cum multorum iurium interpretatione com prehẽdisse in cap.2.ad.7.argumẽtum de iudicijs.

Vnde constat minimè ex incidentia laicorum incapacitatẽ tollit & veram esse interpretationem dict.l. quoties cum similibus, vt obtineat quoad iudices incompetẽtes non tamen quoad incapaces, & ita falsam esse communem ad dict.l.nullum affirmãtem clericum falsum deponentem coram laico iudice ab eo puniri posse ex gloss.ibi & com muni supra relata, quia communior est illam glossam. Vbiq; damnari ex Bernardo Diaz in praxi. cap.87.Couar.dict.cap.31.Auendaño dict.2.par. 27.n.5.Iulius Clarus lib.5.§.fin.quæst.38. Egidio Bosio in praxi titu.de falsis.n.110.Obseruandum itaque perpetuò erit iudicẽ secularem neque principaliter neque incidenter posse, de re ecclesiastica cognoscere in reconuentione enim dũtaxat ex incidencia cognoscit, ratione tamẽ singulari: quia reconuentionis lex naturali ratione consistit & ideo absque alia lege Pontificia clericus super re mere profana coram laico reconuenitur, vt diximus in capit.1.supra isto titulo.num.106. fit itaq; euidenter non posse clericum sequestrem à laico ad restituẽdũ sequestrũ cõpelli tãquã in re incidẽti cũ incidẽtia nõ sit modus tollẽdæ incapacitatis.

Quare aduertendum est Baldum & cæteros qui affirmant clericum à iudice laico compelli fundari quod non cognoscit in vim iudicij, sed executiuè ratione officij suscepti in sequestro quod si rectè perpendatur euidenter allucinantur quoniam quomodo executionem in clerico poterit secularis absq; iudicis ecclesiastici commissione habere, quia aut laicum iudicialiter posse cognoscere aut si non iudicialiter nulla ratione posse, vt affirment necesse est ideò rem altius, vt repetamus oportet & principio an Baldus Iasson.& cęteri voluerint dicere videamus quod illa in specie cognoscere laicum de facto illius sequestri & non de iure tanquam factum non ius re in illa versetur quod ex principiorum defectu non fuerunt assequuti quę cum opportuna & frequentessima sint latius disputare de eis oportebit.

Principio itaque cauendum est à pluribus nostrorum opinantibus causam incidentem & causam facti idem esse cum diuersa prorsus sint, vt ex inferioribus apertè constabit & de incidenti laicum non cognoscere manifestissimum esse, vt supra, de facto autem, aut proprius de causa facti an cognoscat disputemus & laicum sicut ad causam ecclsiasticam principaliter & incidenter incapax est, incapacem esse ad causam facti probatur eadem incapacitatis ratione lege diuina & Pontificia satis probata, & quia & ad causam incidenter ocurrentem incapax est laicus in dicto cap.tuam de ordine cog. cap.lator qui filij sint legitimi & sicut incapax est ad causam spiritualem, ita ad annexam. capitul. quanto de iudicijs & quia quomodo cognoscere prohibitus est laicus. cap. vt inquisitionis.§.prohibemus de hæret.libr.6. & eleganti argumento, quia cum ex facto ius oriatur.l. 1.ff.de regulis iuris.factum a iure inseparabile est quod & ratione probatur, quia si agitur de mero facto an mulier sit coniugata, vel nõ an aliquis fit excommunicatus, vel non & opponitur quod licet mulier coniugata sit, matrimonium fuit nullum & idem de excõmunicatione ergo factum à iure inseparabile est in huiusmodi cognitionibus & fortius ex text.in cap.si iudex laicus de sententia excommunicationis lib.6. ex quo si laicus clericum apprehendat illud factum an sit clericus, vel non coram seculari tractari non potest, sed coram ecclesiastico allegari necesrẽ est & ab ipso secularis inhibendus est ergo & factum laico interdictum est, & ita inuolutè opinantur Cardin. Antonius & Anania.n.10.in dict.c.tuam.Roman.& Imol.in.l.titia.num.5. ff. soluto matrimonio.Bal. & Fulgosius in d.l.quoties, & in.l.omni nouatione, vbi Aretinus.nu.3.dixit communem.C.de sacro sanctis ecclesijs & contra Bartolum dixit communem.Denu.24.in capit. 2. de iudicijs affirmas non posse ius à facto separati, & sicut iuris ità & facti laicus incapax est & differentiam iuris & facti ridet Molin.de vsuris.num.55.

Contrarium tamen imo ad causam facti secularem iudicem competentem esse, probatur quia licet causa principalis & incidens lege pontificia laicis reperiatur interdicta non tamen causa facti, nisi in vnico dũtaxat casu ergo extra illum ad causam facti competens erit. Secundò quia lex pontificia facti cognitionem laicis permittere videtur in ca. 2.de iureiu.in.6. Tertiò idem apertius permissum est in.c.decernimus de sententia excõmunic.lib.6 vbi laicus iudex incitatur ad repellendum à iudicio excommunicatos & ita glo.versi.dignitatis in cap.præceptum.32.q.5. & ver.oponi in cap.1.de except.li.6.& glo.fi.in.l.1.C.de iuris & facti ignorantia communis secundum multos relatos à Tiraquelo de retractu.tit.1.§.1.glo.4.n.275.& à Domino Antonio Padilla in.d.l.1.à nu. 54. & statim citandi, inde etiam matrimonij cognitio re ipsa spiritualis putà sacramentum lege diuina institutum.d.c.præceptum.c.quos Deus,33.q.2.c. debitum de Vigamis.c.gaudeamus de diuortijs, vbi gl. & communis.& gl.1.in.c.fin. de translatione episcopi & Tridentini, sessione.24.c.1. de matrimonio & canone finali D.Thom.3.p.q.62.in princ. & in.4.dist.26.q.1.& ibi Dominicus Soto.q.2.arti.1.speculum coniugiorum.2.p.art.28. Nauar.in Manuali. c.22.nu.19. Albornoz de arte contract. lib.4.tit.de matrim.à.c.1.de facto tamen matrimo

nij laicus cognoscere potest. Docuit Bartol. in l. titia. ff. soluto matri. ad quam speciem reducendus est. idem Barto. in l. 2. ad finem. ff. de iurisd. omn. iud. & ibi Card. Albanus. n. 12. & in. d. l. quoties. & in dict. l. omni nouatione. & in eadem specie expressè affirmat Abbas in ca. cum sit generale. n. 17. de foro compet. licèt falsò ad causam incidentem allegetur à decisione Pedemon. 137. nu. 10. & 11. dicunt magis communem Couarr. in. 4. 2. par. ca. 8. §. 12. num. 5. & à Pedemontana. nu. 12. & à Padilla in. d. l. 1. nu. 58. C. de iuris & facti ignorantia. Beroius in dict. c. 2. nu. 71.

Hac difficulaate & veteres & nouos valde cruciari palàm est ad cuius veram cognitionem repetenda est superior obseruatio longè diuersum esse causam esse incidentem & causam facti, incidens enim dicitur quando cum principaliter aliud ageretur & incidenter aliud occurrit puta si aliquis petit hæreditatem tanquam filius & obijcitur non esse filium legitimum filiationis causa incidẽs est, & de hac loquitur text. in. c. tuam de ordine cognit. in cap. lator qui filij sint legitimi, & idem est si agitur principaliter de diuortio, & incidenter de dote. c. de prudencia, de donatio. inter virum & vxorem, aliud est causam esse facti, scilicet si agitur an alter excommunicatus sit an ille fuerit patronus sicut si ageretur an Titius mortuus sit, & sic tractatur causa facti.

His ita cognitis vera resolutio sit laicum & ecclesiasticæ cognitionis incapacem esse quotiescumque agitur de iure etiam incidenter, & ita si de petitione hæreditatis agitur principaliter & opponitur illegitimatis exceptio, quia agitur de iure etiam si incidenter occurrerit laicus incapax est, cæterum de facto quotiescunque subiectum habet poterit laicus cognoscere principaliter & incidenter, & ita obseruandum est iuxta magis communem opinionem.

Neq; obstant argumenta contraria, quia omnia obtinẽt quando agitur de iure quia tunc: nec principaliter, nec incidenter ita interpretandus est tex. in d. c. 2. cum sequenti de iudicijs. c. tuam de ordine cognit. c. lator qui filij sint. c. vt inquisitionis. §. prohibemus de hæret. lib. 6. Neque obstat factum à iure esse inseparabile in quo subtile Decij ingenium allucinatur in. d. c. 2. n. 24. quia contrarium verius est nam si mulier probat se coniugatam esse & opponitur non valuisse matrimonium euidenter separatur: quia laicus facti informatione recepta pronuntiauit & iuris cognitionem an valuerit matrimonium, vel ne ad ecclesiasticum remittet, idem iuris est si oliquis petit aduersarium esse excommunicatum, & ipse replicat excommunicationem esse nullam rectè separatur quia secularis eum repellet iuxta cap. decernimus de sentẽtia excommuni. lib. 6. & iuris cognitionem an ex cõmunicatio sit nulla debet ad ecclesiasticum remittere ergo separabile est factum à iure. Neq; obstat tex. elegans in. d. c. si iudex laicus de sententia excommunic. lib. 6. cui Decius vbi supra, & Couar. Guido Papæ, consi. 138. Nauar. in ca. nouit. 7. oppositione de iudicijs. Beroius in. c. 2. n. 71. eodem. Quibus omissis receptior est interpretatio, & verior. Aliud est spirituale ratione dumtaxat rei, vt matrimoniũ, quod re ipsa spirituale est laicis tamen cõuenit, & excõmunicatio quę spiritualis cum sit in laicos quotidie cadit: aliud est spirituale ratione rei & personæ, vt sacer ordo, religio, beneficij titul⁹ quę omnia re ipsa spiritualia sunt nõ possunt tamen nisi personis ecclesiasticis conuenire iuxta quæ duo capita duabus tota quæstio propositionibus absoluitur: altera est ad factum rei ecclesiasticæ quæ re ipsa dumtaxat spiritualis est laicus capax est & cognitionem habet si in laici persona contigerit, quia habet suæ iurisdictionis subiectũ, & inde de facto excõmunicationis si laicus excõmunicatus est iudex secularis, vt illum repellat cognoscit ex dict. c. decernimus, de sententia excommunic. lib. 6. & de facto matrimonij ex Bartulo. & magis communi, supra relata.

Altera propositio est ad factũ rei spiritualis & ecclesiasticæ: quia ratione rei & personæ spirituale est laicus, est in capax, nec cognitionẽ habet, quia omni via à iurisdictione excluditur siquidem deficiente iurisdictionis subiecto iurisdictionem cessare necesse est quod eleganter docuit text. in. d. c. si iudex laicus ibi (quia de re spirituali & ecclesiastica. Quare de illo mero facto an sit clericus, vel non laicus nõ potest cognoscere, & hæc est vera illius tex. interpretatio, & ita securè obseruãdũ est.

Cui interpretationi fortiter repugnat crimẽ hæresis esse re ipsa duntaxat spirituale quia cõuenit personis secularibus, sed de facto hęresis nõ cognoscit laicus ex. d. §. prohibemus ergo cõtra primam propositionem. rursus decimæ spiritnales sunt ratione rei, & personæ quia apostolica institutione ecclesijs, & eorum ministris conueniunt Apostolorum, Canone. 16. & 39. c. 1. c. cũ homines. cap. tua de decimis, sed de illarũ facto frequẽter cognoscit laicus ergo cõtra secũdam propositionẽ. sed sub sacro sanctę matris ecclesiæ, & sancti officij censura respondeo quod licèt hæreseos crimen spirituale sit, & ad ecclesiasticos pertineat laicisq; intedictũ sit ex. d. §. ꝓhibemus, & c. cũ secũdum leges, vers. cõfiscationis de hæreticis. lib. 6. obtinet tñ quoad iuris cognitionẽ principaliter & incidenter. vt agnouit D. Tho. 1. p. q. 95. art. 1. Dñicus Soto de Iustitia & iure. libr. 2. in princ. Osius aduersus hæreses lib. 2. de legitimis iudicibus ecclesiasticis Illustrissimus Episcopus Iacob Simancas rei pontificiæ scientissimus in Catholicis institutionibus. c. 9. & 45. Bernardus Diaz in praxi. c. 106. Iulius Clarus receptarũ sententiarũ, lib. 5. §. hæresis. n. 14 Rolandus Valle. consi. 20. volum. 3. Thesaurus Christia

næ religionis.c.19.Menoch.de arbitra.q.89.&ca-
su.371.cũ tribus sequentib.non tamen cõprehen-
dit facti cognitionẽ de qua agimus putà si petenti
dignitatem secularem, vel officium aut decurio-
nẽ ad comitia regia designato obijciatur incapaci
tas ex hæresi proueniẽs.c.vergẽtis de hæret.c.2.§.
hæretici.c.statum el segũdo,de hæret.lib.6.l.3.&
4.titul.3.lib. 8.compil. illius facti cognitionẽ ha-
bebit vtiq; laicus quòd si dixeris non cognoscere
de facto hæresis,sed de facto sententiæ, qua de hæ
resi dãnatus fuit respondeo, quod sicut cognoscit
de facto sentẽtiæ excommunicationis & de facto
matrimonij in facie ecclesię cõtracti,ita cognoscit
de facto sentẽtiæ hæreseos.Neq; obstat aliud deci
marũ argum.quanuis enim in se verissimum sit,
Quatenus tamẽ à laicis soluuntur de illo facto, an
laicus decimã soluerit quã debere certũ est cogno-
scit laicus & ita intelligenda esse illa iura elegans
interpretatio est & quotidie à forensibus recepta
ad quã reducẽdus est Feli.in.c.causamq;.n.15. de
decimis,& Ripa in fi.& Mantua.nu.29.in.c.2.de
iudicijs, Rebuffus.q.10.&.13.nu.91. Petrus Fole-
rius ad cõstitutiones Neapolitanas.tit.de decimis.
§.1.eadẽ ratione licet iuris patronatus cognitio spi
ritualis sit.c.quanto de iudicijs de facto, an laicus
fuerit patronus, vel non, secularis poterit cogno-
scere,& inde nouè intelligi potest tex.in.c.signifi
cauit.41.de testib. scilicet, an fundatores ecclesiæ
eã liberã reliquerint à iure patronatus licèt frequẽ
tior intellectus sit cognoscere laicũ ex delegatio-
ne, verior tamẽ est cognoscere de illo facto absq;
delegatione cũ fundatores fuerint laici,&ita sem-
per cõsiderãdum est an res de qua agitur sit tantũ
re ipsa spiritualis,an re & persona sicut aliud agẽs
docuit Ancar.in regula ea quę.n.10.de regulis iur.
li.6.Alexan.nu.7. Bincentinus. n.14.in.l.titia.ff.
soluto matrim.Decius n.24.in.d.c.2.Menoch.de
recup.remedio.15.n.234.nam de facto rei tantum
spiritualis cognoscet,laicus sed si re& persona spi-
ritualis est excluditur laicus. Superest itaq; an cle
ricus sequester tanquam in causa facti compella-
tur à iudice laico cum res de qua agitur temporalis
sit,sed respondeo ex superiore disputatione nun-
quam tantam atribui potestatem,vt clerici perso-
nam compellere possit,nec Baldus, Iasson,& cæ-
teri considerauerũt: quid significare intẽdunt di-
centes clericum non compelli in vim iudicij, sed
executiuè ratione susceptio officij, & ita cõtra cõ
munem expressè tenuit Tiraq.de retractu.tit.2.§.
4.gl.7.n.10.solum allegans clericum falsum depo
nentem coram seculari ab eo puniri.non posse,sed
solidior ratio est laicum, nec principaliter neque
incidenter posse clericum compellere, vt supra,&
ita secure resoluendum est clericum sequestrẽ nul
55 lo modo à seculari iudice cõpelli posse. & ita scio
nuper in iuridico regni Galiciæ conuẽtu pronũtia
tum fuisse cũ enim prętor Gincianus rem apud cle
ricum Petrum Rosel. sequestrem deponeret petẽ
te licentiato Iacobo Maldonado ciue Salmantino,
prætor ad restituẽdum quia clericum sequestrem
fecit damnatur & ipse prætor in ius postea seque-
strem vocauit. Ac proinde hodie obseruandum
erit quod si clericus sequester sponte non restitue
rit non à seculari,sed ab ecclesiastico iudice, vt con
pellatur necesse est. Vnde & facile probatur quãti
sit apud idoneam personã sequestrationẽ facere.

Sequitur in clem. (quæ plenam de ipso & debi
tam curam gerens) diximus supra,ad secũdum tẽ-
pus sequestris officiũ esse rem in licitatione loca-
re plus offerenti & precium exigere & seruare, &
omnia quæ prudens faceret paterfamilias in re il-
la gerere quod bene docuit tex. in.d. l.litibus. 19.
C.de agric.& censitis,lib.11.& ibi Barto. Ioannes
de Platea,Lucas de Pena,Rebuffus,Alciat. & Cu-
iatius,sed melius probatur hic.ver. cum sequenti,
vbi in illis verbis quæ plenam & debitam curam
gerens ponitur administratio, & in ver.sequenti.
ibi (id quod de fructib⁹ & cętera) ponitur effectus,
vt statim dicemus præterea ex prædictis verbis
quę plenam & debitam curam de ipso gerens aper
tè probatur sequestrem ex ipsius sequestri natura
possidere,vt diximus in cap.1.ad.3.argum.

Vltimo ex ipsismet verbis planè colligitur qđ
sequester quandiu possidet poterit præsentare ad
beneficium interim vacans si in re sequestrata ius
patronatus insit.quæ opinio controuersa est & di-
sputatione digna, & duæ sunt principales quæ-
stiones.

56 Altera est sequestrem pręsentare non posse.Pri
mo quia præsentatio competit ex fundatione do-
tatione, vel constructione.c.pię mentis.cap. decer
nimus,cum alijs.16.q.7.c.quoniam, cum sequen
tibus.c.nobis.25.de iure patro. Tridentini. sessio-
ne.14.c.12.&sessione.25.cap.9.sed sequester,nec
dominus est,nec fundauit, dotauit vel construxit
ergo non poterit præsentare.

Secundò, quia fructus rei sequestratæ habenti
triumphũ restituendi sunt.c.1.versic.bonæ mem.
Celestinus.ibi (& ei parti postmodum, & cætera.)
isto tit.& in dict.clem. vnica. ibi (id quod de fru-
ctibus ipsius superesse contigerit illi restituat qui
signarent in causa victoriam obtinebit) sed pręsen
tatio est possessionis fructus. c.consultationibus.
19.de iure patro. ergo nõ pertinet ad sequestrum.

Tertiò qui nomine alieno possidet non potest
ad beneficium præsentare. tex.elegãs in cap. cum
Bertoldus.18.de re iud.Sed sequester possidet no-
mine alieno.tex.in.l.licet.17.§.rei.ff.de positi.ca-
1.suprà, & in dict. clem. ergo non poterit præ-
sentare.

Qartò & fortius quia quiquid alij inuoluant
verissima est proposito ex sola possessione sine
dominio neminem præsentare hæc est vera inter-
pretatio.c.ex literis.7.cap.consultationibus.19.de
iure

iure patron.ca.cum Bertoldus.18.de re iud. sed sequester solam possessionem, & eam alieno nomine habet ergo non potest presentare. Quibus & alijs argumētis hanc opinionem, quod sequester præsentare non possit probant Hosti. Anto. & Abb.num. 15.in. c.examinata de iudicijs, & ibi Enricus, & dicit communem Cesar Lambertinus de iure patro.lib.1.q.9.ar.2.& facit.l.9.tit.15. part.1.Carolus Molin.in consuet.Paris.tit.1.§.6. glo.4. verb. commissarijs. Gaspar Baeza de tu-
57 toribus.cap.20.nu.17. & magis communem dixit Renatus Copinus de domanio Franciæ lib.3. tit. 9.nu.8.& ita in Senatu decretum fuisse, contrarium tamen est in altera opinione, imò posse præsentare, quia præsentatio sequitur possessorem.cap.consultationibus.de iure patron. sed sequester possidet vt diximus ergo poterit præsentare.

Secundo, quia is possidet cuius nomine possidetur.c.Si diligenti de præscriptio.c.cum venissent.de restitu.spoliatorum, sed sequester possidet nomine vincentis.cap.1.suprà.& in. d. Clemen.ergo.

Tertiò, quia ita consulitur ecclesiæ vacanti. c. 1.2.& .3.de iure patronatus, ad quam nemo accedit sine patroni consensu capit. ex insinuatione 14.capit.3.de iure patron. quibus & alijs quod possit præsentare sepè pronuntiauit Rota. & tenet Innocentius. Ioannes Andræas. Imola. numer. 7. Andreas Siculus.num. 68. in dict. cap. examinata de iudicijs Felin.in dict.cap.cum Bertoldus ad finem Rochus de iure patrona. Verò ipse, vel is.quæst.32. num. 71. Hieronymus Gigas de pensio.quæst.72.num.3. Selba de beneficio.2.part.q.9.& ita voluit significare gloss.ver. beneficio in dict. Clemen.dicens quod sequester exercebit iura beneficij & probant ibi Cardi. num.9.Bonifac.num.69.Didacus Perez.d. lib. 3.col.1145.& dixit magis communem esse Cardin.Gambara de officio & potestate legati.libr. 4.titul.fin. nu.288. Duarenus de sacris ecclesiæ ministerijs.lib.3.cap.10.Ioannes Corras.in paraphrasi sacerdotiorum.Secunda par. capit.6.qui omnes cruciantur vt contrarijs satisfaciant maximè capit.cum Bertoldus vides vtranq; communem & magis communem à suis defensoribus appellari & vtramque rationibus & argumentis constare. Ego vt in re quotidiana & necessaria & ad praxim oportuna ad eius resolutionē aliqua capita præstringam.

Et principio miror viros grauissimos & maximi nominis vt huic adhereant opinioni alterius quam ipsi enixè defendebant immemores esse in illa enim nobili. q. an sequester possideat vt diximus in.c.1.5.à. n.8. plures affirmabant non possidere sequestrem nec sequestri naturam ita postulare nunc vero vt præsentare possit planè affirmant sequestrem possidere quod verius est vt sepè resolutum est.

Secundò, omnes cōueniunt sequestrem quia possidet præsentare, quia præsentatio possessorem sequitur ex.d.c.consultatio. quòd absq; manifesto errore defendi non potest, vulgi enim cōmentum est asserere eum qui in possesione præsentandi fuerit præferri in præsentatione ex.d.c. consultatio. & cap. ex literis de iure patronatus quod quam falsum sit vel ex eo apparet q̄ creditor pignoris possessionem habet.l.1.§.per.seruū el.2.l.qui pignoris.36.ff.de acqui.posses. l. pignori.13. ff.de vsuca.& ibi cōmunis.& in.d.c.ex literis secundum Beroiū.n.30. sed creditor rem in qua est ius patronatus pignori habens non præsentat.c.cum Bertoldus de re iudi.vt statim probabimus? Quare negandum est quod in.d.c.ex literis & in.c.consultatio. probetur possessionē ad præsentandum sufficere.& princ.in.d.ca. ex literis.7.de iure patro. Probatur cōductorem bonorum in quibus est ius patronatus præferri in præsentatione monasterio cui competebat dominium directum quod ad possessionem nullo iure referri potest, sed ad dominium quoniam rei locatæ dominium vtile cōmoditas & fructus in conductorem ad longū tēpus transfertur.l. 1.& 2.ff.qui ager vectigalis.l.1.§.1.ff.de superfic.l.possessores.C.de fund.patrimo.li. 11. l.9.tit.15. par. 1.c.2.de locato.c.fi.ne prelati vices suas, strauagāti ambitiose de rebus ecclesiæ Tridentini, sessione.25.c.11.gl.magna, in.l.fi, vt certo.§.si duobus ff.commodati, communis secundū Cardi. Ant. Abb.& Beroium, in prin.in.d.c.ex literis, Anto. Gom.in.l.Taur.45.n.100.Pinelum in.l.1. C.de bonis maternis.3.par.nu.11.Aluarum Balascum de iure emphi.q.1.&.q.14.29.Gillelmus Redoanus de reb9 ecclesiæ rubrica de locatione, Couar. resolutionum.libr.2.c.16. Sed, iuris patronatus præsentatio cōpetit habenti vtile dominium. d. c.ex literis.d.c.consultatio.gl. fin.& ibi communis in.d.c.cum Bertoldus.glo.1.in.d. c. ex literis, & ibi communis.l.8.&.9.& ibi Gregorius tit.15. part.1. Rocus de iure patro. ver. ipse, vel. 15. in princi.Lambertinus lib.1.2.p.q.3.art.2.latè Molina de primogenijs lib.1.c.24.à.n.2.Renatus Copinus in sacra politia lib.2.titul.4.latè Menoch. consi.90.volum. 1. & inde quādiu durat locationis tēpus cōductor presentat, vt in.d.c.ex literis.

59 Qua ratione accipienda est grandis illa difficultas.d.c.cum Bertoldus.18.de re iudi. Qua ratione ibi non præsentet creditor & preferatur verus dominus, licèt enim respōdeant, ibi præsentasse verum dominium creditori præferendum, at in.c.ex literis non præsentasse monasterium, sed duntaxat Abbatissam vt constat ex litera & Abbate, Primò notabili, sed quando ad monasterium, collegium, vel communitatem ius patrona

tronatus pertinet, nulla est prælati, vel Rectoris præsentatio. nisi cum maioris partis cõsensu tex. in.cap.quanto iuncto.cap.ea.nocitur de his quæ fiunt à prælat.ca.illud.8.in fi.de iure patro.communis secundum Bero.in dict.cap.ex literis.nu. 21.Rocum ver.competens quæst.11. Lanbert.li. 2.3.par.quęst.1. art. 4. sed reijcitur quia sto non valere Abbatise præsentationem nõ tamen inde sequitur valere cõductoris præsentationem imò Episcopus ordinaret.ecclesiam.cap.3. c.cum autem de iure patro.rursus cum verius sit defectum non consistere ex eo quod Abbatisa præsentauerit sine maiori parte, vt omnes probant quia consuetudine vel priuilegio ad solam Abbatisam expectabat, vel tentari potest moniales consensisse, vt nouè interpretatur.Menochi.consil.90.num. 119. volumine. 1. & ponitur Abbatisa pro toto monasterio.

Quare &.2.glo.fin.in.d.c.cum Bertoldus, & glo.1. & fin. in.d.cap.ex literis confunduntur in vtriusq; tex.interpretatione, & dicunt cõductorem in.d.c.ex literis habere posesionem, & inde fructibus poteri: sed in.c.cum Bertoldus creditor habet pignoris tantũ detẽtationẽ. l.1.l.si pignus. ff.de pignoratia, action. & ideò non præsentat, sed improbatur quia & creditor posesionem habet in pignore ex.d.l.1.§.per seruum.el segundo l.qui pignoris.36.ff.de adquirenda posesione.d. l.pignori.13.ff.de vsucap. vbiq; communis, & secundum Beroium in.d.c.ex literis.nu.31. &.34. Inde.3. d. glo. dicunt conductorem fructus suos irreuocabiliter facere, nec debere eorum rationẽ reddere & ideo præsentat.d.ca.ex literis, sed creditor fructus reuocabiliter percipit cum debeat eorum rationem reddere.l.1. &.2.C.de pignoraticia actione. c.cum contra de pignor.cap.1.&.2. de vsuris, & ideo quia si vtitur iure patronatus eius rationè reddere nõ potest, quia quatenus est spirituali annexum pecunia æstimari non potest.c.quanto de iudicijs. c.quia clerici. c. de iure de iure patro. ac proinde pręsentare non potest, vt magis communiter probant nouiores secundum Rocum de iure patron.ver.ipse, vel.15.n.54. Lembert in.lib.1.2.part.q.3.arti.2.&.q.9.Melius Beroius in.d.cap.ex literis à. nu.31. Molina lib.1. cap.24.Menoch.d.consil.90. volum.1.sed fortiter repugnat quod creditor posidet.vt suprà.nõ tamen præsentat vt in.d. c.cum Bertol.quare nouissime Menoch.d.n.24.non sufficere possessionem sine dominio cõtendit, & in.c.ex literis non ex possessione, sed ex dominio vtili, quod in cõductorem trãsfertur.l.1.&.2.ff.si ager vectiga. cũ allegatis suprà.n.58.& ideo in.c.cum Bertold.nõ pręsentat creditor quia habebat duntaxat possessionem non autem dominium. quæ quidem interpretatio vix defendi potest ex. c. consultatio. 19.de iure patronatus, vbi Alex.3.ad præsentandum possessionem sufficere docuit, & omnes cõ-
60 firmarunt vtq; ad Menochium, d.consil. 90.latè insistẽtẽ sed creditor pignoris possessionem habet, ergo debet præsentare in.d.c.cum Bertoldus.

Quarè alijs consulto omissis ego noua iuris consideratione tribus propositionibus rem, & illorum iurium interprætationẽ comprehendo.

61 Prior est ius patronatus in bonis consistens transire in cõductorem ad longum tempus cum vtili dominio quod ad pręsentandum sufficit ita interpretandus est text.in.d.c.ex litèris cũ enim ex receptissima omnium sentẽtia ibi conductio ad longum tempus data fuerit ex qua vtile dominium transire palam est, vt diximus. nu. 58. conductor præfertur in præsentatione. vero domino, quia vtile dominium in pęrsentationibus obseruandum est & ita verior est illius tex.interpretatio secundum relatos.d.nu.58.

62 Secunda propositio bonorum possessio ad pręsentãdum nunquam sufficere potuit quod aperte docuit Innocen.3.in.d.c.cum Bertold.18. de re iudi.vbi cum creditor ratione pignoris aliqua, temporalia patronatus nomine exegisset allegaretq; iurispatronatus possessionem in præsentatione obtinuerat illa enim possessione decepti iudices pro credictore contra verum dominium sententiam dixerant.Ipsis tamen ab Innocen.3. sentijs reuocatis & à creditore pręsentatus & instiutus remouetur admittiturq; ab vero domino præsentatus.Ea duntaxat ratione.quia bonorum possessio ad præsentandum minus sufficiens est, quia iure nostro bonorum dominium non possessio probatur.c.decernimus.16.q.7.c.3. de iure patro. c.nobis.25.codẽ, & ita euidenter docet Innocen. 3.in.d.c.cum Bertoldus in fine cuius hæc verissima interprætatio est ex qua reijciendus est incõsideratus intellectus ad illum text. à Duareno de sacris ecclesiæ ministerijs lib.3. c. 10. & à Ioanne Corra.in paraphrasi sacerdotiorum.2. p. c.6. qui vt aliam difficultatem vitarẽt magis probant in c.cum Bertoldus nõ præsentare creditorem, quia debitor cum sit patronus qui præsentare potest qui intellectus facile improbatur, quia in.d.c.ex literis erat verus dominus qui pręsentare posset, & nihilominus conductor præsentat, & in præsentatione vero domino præfertur.

63 Tertia propositio sola præsentandi possessio ad præsentandum sufficiẽs est, ita manifestè probauit Alext.3.in.d.c. cõsultationibus docẽs non esse remouendum institutum ad præsentationẽ eius qui erat in possessione præsentandi quãuis postea in causa iuris patronatus cõdemnatus fit ergo præsentandi possessio sufficit, idemq; docuit Innoc.3.in.d.c.cum Bertoldus dũ reuocat sententiam archiepiscopi credẽtis quod pignoris creditor habebat possessionem præsentandi & verius esse habere possessionẽ tãtum bonorum quæ

iure no-

iure nostro sufficiens nō est, & ita accipienda est interpretatio. d. c. cōsultatio, in theorica & praxi, & ita reducēda est glo. & cōmunis. ibi & in. d. c. ex literis &. c. cum Bertoldus & Rochi Lamberti ni, Beroi, Molinæ, & Menochij, vbi suprà.

64 Ex quibus omnibus nostros interpretes sequestrem, quia bonorum possessionem habet præsentare docentes, toto cœlo errare facile deprehēditur. Qua de causa affirmatiuā sententiā veriorem esse secure obseruādū est, & ita praxi frequētissimè recipitur, & plures vidi & agnosco beneficiarios à sequestre præsentatos nō tamen id fieri solū quia possidet, affirmādum est: sed noua interpretatione id fieri securius est cū enim ea sit sequestrationis natura, vt res de qua controuersia est apud sequestrem deponatur, & eadem sequestri natura in eum possessio trāseat, vt neuter interim ex contendentibus illam habeat. l. licet. 17. ff. de posit. c. 1. suprà, & in. d. clem. sequester siue à iudice, siue à partibus electus: quia nihil interst in hac specie pro domino futuro præsentauit cū enim vnus ex contendentibus dominus sit, & in eius vtilitatem vsucapiat, vt ex. d. l. interesse puto, late resoluimus in. c. 1. ad. 3. argum. 15. cum sequentibus & interim plenam ac debitam rei curam habere, & iura exercere debeat, vt est tex. celebris, in. dict. clemen. vnica iuncta glo. beneficium isto tit. quasi mandatum habens ad præsentandum poterit iure pręsentare ex communi. in. cap. illud. 8. &. cap. ex insinuatione. 14. cap. per nostras. 26. de iure patrona. & à sequestre præsentatus, & inde institut⁹ eum qui victoriam habuerit recognoscat tanquam patronum argumen. c. si vero. 12. de iure patronat.

65 Sequitur in clem. (id quod de fructibus ipsius) (debitis eiusdē sit portatis oneribus superesse cōtingerit illi restituat qui finalem in causa victoriam obtinebit) tria hic includit tex, in sequestri naturam obseruāda. Primū onera scilicet necessarias expensas pensiones & alias præstationes ex beneficio, vel ex alia re in sequestrem data deducendas esse, quod semper cōsideratur in fructuū perceptione vel restitutione. c. conquerente. cap. grauis de restitutione spoliatorum. c. ad nostram 7. de iure iurando. c. pręsenti. §. porro de officio ordinarij lib. 6. expēsas tamen nō faciet sine iudicis permissu ex. l. ait prætor in fine. ff. de iure deliberandi, & communi in. d. clem. & Rebuffo in. l. sequester. 109. 11. conclusione. ff. de verbo. signific. vt supra diximus.

66 Secundum est quod extra sequestri naturā omnia quæ deductis oneribus supersunt sequester restituere debet quia ea limitatione curam habet vt sepe repetitū est, & diximus in. c. 2. suprà glo. 1. ibi à n. 3. vnde elegāter deducitur quod fructus deductis oneribus remanētes debet sequester cōseruare vel si conseruari non possunt vēdi & prætiū obseruare vt ex. d. l. litibus. C. de agri. & cēs. lib. 11. ac proinde nō posset prędia emere, vel ali. in benoficij vtilitatem cōuertere quod alias iure permittitur vbi cura adere restricta nō est. c. cum vos de officio ordinarij & in. d. c. præsenti quorū argumēto ita quoad sequestrē agnouit glo. in. d. clem. vnica ver. restituat. cōmunis secūdū Cardinalē. n. 34. Bonifaciū. n. 56. ibidē. Imola. n. 19.

67 Tertium est sequestri natura depositio vsq; ad illius causæ finem duret, & habenti triūphum restituatur ita significauerat tex. in. d. l. licet, &. §. rei. ff. de positi. & aperte probatur in. c. 1. vers. bonę memoriæ, Celestinus suprà isto tit. & euidēter in. d. clem. vbi gl. ver. obtinebit eam agnouit esse sequestri naturam, & ita oēs cōmuniter probant.

68 Sequitur in clem. (si quis autē sequestrationē huiusmodi impedire) ex illo verbo si quis. aduertit gl. & omnes etiam episcopū comprehēdi glo. in hoc ver. & Cardin. nu. 2. quod singulare est.

Primò ad interpretationē. c. quia periculosum. 4. de sentētia excommuni. vbi probatur episcopum nisi nominatim exprimatur nūquam intelligi comprehēdi in sentētia suspēsionis, vel interdicti ipso iure illati quia hoc nō obtinet in sentētia excōmunicationis, & ita probat etiā gl. ver. si. suspēsionis ibi cōmunis secundū Ioānem Menoch. Archidiaconū, Ioann. Andr. Domini. Frāc. & ideo incidit in excōmunicationē. c. si qui suadente. 17. q. 4. c. 1. de homicidio lib. 6. & ita etiā in excommunicatione huius clementinæ.

69 Secundo singulare est quod etiam in pœnalibus, & sic in odiosis comprehendatur beneficiarij, & dignitates maiores etiam pontificales cum regularibus appellatione simplici beneficij non comprehendatur curatum nec dignitas. c. vltimo de præb. c. cum in illis eodem tit. in. 6. glo. ver. beneficium in. d. clem. Imola. n. 14. &. 18. Cardin. n. 6. Bonifa. nu. 38. vbi distinguit cum aliàs omnia comprehendātur beneficia. c. pen. de verb. signific. cum allegatis supra. n. 20. &. 21. & à Menoch. de arbitrat. casu. 201. n. 40. &. 61. & à Marco Anto. Colona cap. 11. nu. 7. vbi allegat text. elegantem in. c. Felicis. §. quod si quis. &. §. nulli de pœnis, lib. 6. vbi etiam in priuatione iure nostro sui natura magis odiosa, & in festa comprehenditur dignitas etiam Pontificalis, & latius disputant Abb. & Felin. in princi. nu. 1. &. 3. Decius. à. n. 4. Ripa. num. 19. Mant. nu. 17. Beroio, nu. 15. in. ca. ad aures. 8. vbi elegans est. text. de rescript. inter quos nunquam certa cōstitui potest regula quia duo dūtaxat inter tot opiniōes cōstituti possunt.

70 Alterum est maiora comprehendi quando subiectæ materiæ ratio ita postulauerit, & ita interpretanda esse illa iura alterum nūquam maiora comprehendi in terti. pręiudicium, vt est celebris text. in. d. c. ad aures. tex. elegans in. c. sugestum. 9. de decim. & ideò generalē beneficij concessio

nem etiam cuiuscumque non extendi ad beneficia patrimonialia, vel iuris patronatus. & verissi-
71 mum & receptissimum est. ex cap. illud.8.capit, ex insinuatione. 14.cap. cum dilectus.28. de iure patron. & ibi communis & in cap. quærimoniā. 9.eodē titu. & ideo etiam si in prouisione apostolica exprimatur, etiam si sit iuris patronatus non comprehēditur laicorum & si exprimitur, etiam laicorum non comprehenditur illustrium quod si exprimitur illustrium non comprehēditur Regum & ita ex dictis iuribus. gloss. verb. apostolicis in clem. 2. de præb. gloss. magna, ita intelligenda in dict. cap. cum dilectus, ibi communis & Rocus de iure patron. ver. honorificū. q.3. Lambert. lib.3. 2.part. quæst.9. artic. 2. Couarr. in pract. quæst. cap.36. Didac. Perez, in. l. 1. titul. 6. lib. 1. col.251. Moline. de infirmis resignantibus. num. 32. Selua. de beneficio. 2. part. quæst.3. Rebuff. in praxi beneficiorum. 3. part. signaturæ. versi. nec non, & iuris patronatus à num. 12. Quint. Mand. in regula Cancellariæ. 1. & in praxi signaturæ grat. §. prouisiones. &. §. super defectu ætatis. &. §. iuris patro. eleganter Beroius in cap. quoniam nu. 11. &. 17. latissimè Gambara de potestate legati. lib.3. à num.239. Menoch. consil.90. volu. 1. Renat. Copin. de domanio Franciæ lib. 2. titul. 10. num.6. & in sacra politia. lib. 2. titul.4. & ita hodie significauit nouissima Tridentini lex. sessione.25. cap.9. ex qua non præsumitur Pontificem maximum huiusmodi derogationibus voluntate annuere cui semper Catholici Hispaniarum Reges præ cæteris obtemperāt ab huiusmodi tamen præiudicio quoad patronatus & patrimonialia beneficia rei dominicæ patronus supplicant ad ipsum Pontificem Maximum. l.1.2. &.4. cum alijs, tit.6. lib.1. compil.

72 Tertiò principaliter quo ad. dicta. clemē. impedire prædictis verbis censetur, qui de facto impediret malitiose non si ex causa. cap. ex literis, de officio delegati. & ibi. glo. ex text. in cap. pro illorum de prēb. c. ad nostram, el primero, de iureiur. & ibi communis, & in cap. conquerente de restitu. spoliatorum. Cardin. in. dict. clem. §. 1. num. 2. cum allegatis supra. in rubr. nu.4. quod intellige si iusta de causa impediat, scilicet, si verisimiliter negat apud curiam non esse sententiam latā, quia si latam esse scilicet dixerit nullam sequestrum iniustè impediret & in legem comitteret, vt probatur ex dict. clemen. & probant omnes, & infrà dicendum est.

73 Sequitur in dict. clemen. (vel fructus sequestratos quoquomodo præsumpserit occupare) quod licet verbum occupare in malam & bonam partem accipiatur, cap. factus.7. quæs.1. cap. non iniuste de procurator. c. generali. 1. responso, &. cap. si quis iusto de electione lib.6. ca. ex literis de probat. cap. præsenti de officio ordinarij, lib. 6. & inde beneficiorum occupatores lex pontificia intrusos vocat. c. cum iam dudum de preb. cap. cum qui, de præb. lib. 6. latē Othomanus Brisonius & Berrut. de verborum signific. lib. 11. ver. occupare latissimè Rebuf. in. l.3. fol. 36. ff. de verb. signifi. hic autem in malam partem accipi palam est ex dict. clem. & ita glo. ver. occupare Cardin. & Bonif. in dict. §. 1.

74 Sequitur in dict. clem. (excommunicationis incurrat sententiam ipso facto) & sic ex. d. clem. colligitur vnus casus in quo excommunicatio ipso facto infertur, ita etiam in clem. 1. de sententia excom. in extrauaganti ambitiose de rebus ecclesiæ cuius vis & potestas ea est, vt absq; alia iudicis sententia, vel declaratione incurratur, vt in dictis iuribus & in. c. si quis suadente. 17. q.4. cap. 1. de homicidio. lib.6. capit. excomunicamus, de heret. extrauagāti cū destabile de simonia nec appellatione postea interposita impeditur, vel suspēditur quia statim ligat ex ratiōe infra referēda.

75 Sequitur (à qua nisi impedimento prius amoto, & occupatis per eum fructibus restitutis nullatenus absoluatur) ecce ad illius excōunicationis absolutionem duo simul requiri: alterum satisfactionem quæ hac in specie fit, si impedimentum omnino cessat, & fructus occupati restituūtur. Alterum quod actualiter absoluatur, vt constat ex litera & communi placuit. Vnde primo aduertendum est eam absolutionem ordinario commissam esse sicut & sequestrationem, vt probatur in eadem clemen. ibi (per loci ordinarium) & dixi. nu.32. poterit itaque ordinarius præmissa satisfactione, vel restitutione absoluere. capit. nuper. 29. de sentententia excommunicationis in quo omnes conueniunt Ancarra. Cardin. Imol. & Bonif. in dict. clement.

Vnde secundo quærunt an si ante satisfactionem, vel restitutionem absoluatur an valeat absolutio gloss. ver. nullatenus ad partes disputat & valere quia forma absoluendi à. dict. excommunicatione in specie dict. clementi. videtur à lege data non ab homine & inde ordinarius peccat, sed valet absolutio ex capitulo venerabilibus. §. vbi autem de sententia excommunicationis, libro. 6. ita dictā. gloss. sequitur. & verb. inhibentes in clementi. 1. de iure patro. quod veteribus placuit contrarium tamen probatur ex dict. clemētina vnica. ibi nullatenus absoluatur, quia illa vniuersalis negatiua habet vim decreti irritātis & tollit disputandi facultatē, vt agnouit gloss. verb concedatur per tex. ibi in clem. vt hi qui. §. 1. ibi nullo modo de ætate & qualitate & facit tex. in cap. vides. 10. dist. in. c. Romana. §. sentētias de sententia excommunic. li. 6. c. si beneficia de præbē. li. 6. & aliqui ex veteribus eam etiam partem affirmant, & communior est ex Imola in. d. clemen. nu.20. Cardin. in. dict. clem. vnica. §. 1. nu.6. & ibi

& ibi Bonifa.nu.9. Bertachinum de gabellis.8. part.3.partis. §. item est in absolutione, quod & verius puto nō quidem ex prędictis regulis, quia obtinet in perpetuis prohibitionibus, sed ex vniuersali negatiua nullatenus absoluatur quæ habet in se decretum irritans & inde absolutio contra illud facta ipso iure nulla est ex.d.clem.1. de ætate & qualitate, & dict.cap.si beneficia.tex.optimus in authen.de alienationib. & emphiteosi. §.sanctissimas, collatione.9. & in allegata extrauaganti ambitiose glo.celebris in authentica, si qua mulier per tex.ibi.ver.nullatenus. C.ad Velleianum satis laudata à Cardinali in cap. super literis de rescriptis, & à Felino in cap. Rodulfus.n. 26. de rescriptis. & communis secundum Iassonem, in.l.fin.num.25.ff.de ferijs, Decium consi. 502.num.1. & eleganter Octauianum, in deciss. Pedemonta.164.num.14.cum alijs, & ita absolutionem contra clementinæ formam ab ordinario decretã ipso iure nullam esse obseruandũ est.

76 Sequitur in clement.(& nihilominus si de litigantibus fuerit à iure si quod in huiusmodi beneficio, vel ad ipsum forsitam competebat eidem, Hoc ipso se nouerit cecidisse) inconsideratè Imola in dict.clemen.post glossam ver.nihilominus, & alij ex dict.celmen.dicant duplici pœna affici eum qui sequestrum cõtra se decretum impedit, vel fructus sequestratus occupat contra communem traditionem.c.atsi clerici de iudicijs, quia excommunicatur ipso facto, & cadit à iure suo, illa enim nõ est duplex pœna, sed vna ex eodem crimine resultãs, vt cõtingit etiam in eo qui falsum committit in literis Apostolicis.& actis iudicialibus, quia cadit à iure suo.ca. olim.25.in fin.de rescriptis, & falsi reus est, & qui in testamentis priuatis falsum committit extra ordinem punitur exilio & pœna pecunia.& clericus malitiosæ accusans deponitur vapulat & in exilium mittitur. c.1.de calumniatoribus cum alijs infinitis.c.1.de homicid. lib. 6. extrauaganti cum detestabile de simo.extrauag.ambitiosæ de rebus ecclesiæ.

77 Ex eisdẽ verbis maior est difficultas an possit ordinarius in specie.dic.clem.declarare sequestri violati pœnam commissam esse ad cuius difficultatis cognitionem proponendum est questionem esse inter nostros altius agitatam & contrarijs factionibus disputatam an pœna per legem imposita absq; sententia debeatur, & necessariã esse sentẽtiam verius est.licèt enim lex iusta ex propria natura in conscientia obliget argumen-

78 to, text.in.l.legis virtus. ff. de legibus.capit.quo iure.8.distin. capitul.1.de constitutio.capit.omnis anima de censibus glos.ver. constituerunt in capit. quæ in ecclesiarum.de constitutio.recepta ab allegandis non obtinet. quoad pœnam lege impositam quæ ante pronuntiationem non debetur.l.eius qui delatorem. 29. ibi (verum oportet constare prius & de crimine pronuntiare) ff. de iure fisci, in.capitul.perpetuo. 7.ibi (diuinam vindictam, & in.capitul.commissa.35.ibi præter diuinam offensam) de electione in.6. clement.1. in fi.de ætate & qualitate.glos.celebris.ver.cum augmento in capitul.fraternitas.12.quæstio.2.clementi.1.in verb.officij de hæret. communis secũdum Abb.numer.9.Felin.40.Decium.19.Beroium.237.Mant. 88.in capitul. 1. de constitutio. Couarru.in.4.2.par.capitul.6.§.8. Tiraquel. in l.si vnquam ver.reuertatur à num.236.C.de reuocandis donatio.D.Thom.2.2.quæstio. 60. artic. 5.Castro de lege pœnali, lib.1. capitul.8.Soto de Iusticia & iur.libr.1.quæstio.6.artic.5. Nauar.in Manuali.capitul.23.à no.46.latissimè & doctissimè illustrissimus Simancas in catolicis instituti. capit.9.a nu. 27. per.60.numeros.& capit.45.nu. 47.Menochi.de recuperan.remedio.1.num.303.

79 Quã sententiã intelligunt, nisi pœna ipso iure imponatur: quia tũc statim debetur ex.cap. 2. de præscriptio. lib.6.& c.1.de homicid.in.6.& extrauagãti ambitiosæ de rebus ecclesię, sic gl.ver. eo ipso, in.c.quam sit de electione, in.6.cõmunis secundũ Abb.Felin.Deciũ.Mantuani Beroium, suprà, Gometium in.c.1.nu.9. de constitutio. in 6.Antoniũ Gomez.3.tomo.c. 2.nu.5. Castro de hæriticorum punitione, lib.2.c.6.& de lege pœnali lib.2.c.9.& .15.Tiraquel.vbi supra.

Contrarium tamen imò & in pœnis ipso iure illatis iudicem pronuntiare necessarium esse ex dict.l.eius qui delatorem. & capitul.eum secundum leges.versi. confiscationes, de hæret.libr.6. capitul. licet episcopus.2.part.de præbend.in.6. gloss.versi.iusto in capitul.commissa.de electione in.6.communis ex Tiraquel.vbi supra, & Couarru. supra, & in regula peccatum. 2.part. §. 5. nu.2.§.8. nu.4.Nauar.capitul.23.num.50.Soto, libr.5.quæstio.6.arti.6.Simancas & Menochius, vbi supra, de qua relalissimè per. 12. columnas cũ pluriũ iuriũ interpretationibus disputo, in ca. plerumque ad primum argumen. de donatio. inter vir. & vxo. quoad nostram speciem tam sufficit veriorem & communiorem esse iudicis declarationem pręcedere, vt pœna exigatur necesse fore in omnibus pœnis etiã ipso iure illatis, quando imponitur pœna in re cuius dominium planè quæsitum est atsi lex ex iusta causa primam rei adquisitionem prohibet tunc adquirens absque alia iudicis declaratione restituere debet exemplum est vtriusque partis in beneficiario aliud per simoniam adquirente beneficium vtroque enim simoniæ legibus probatur sed illud prius legitime habebat, & ius in eo plenæ quæsitum ante sententiam dimittere non tenetur, & fructus recte percipit quod tamen per simoniã nanciscitur quia lex nullum ei præstat titulũ debet dimittere ante aliam sentẽtiam, & omnes fructus restituere

restituere extrauagāti cum detestabile de simon. idem est in clemen.1.de hæreti.iuncta.glo.versi. officij nā sacrosanctæ inquisitionis officialis aliquid recipiens ad quadruplum tenetur, sed quod recepit statim ante sententiam restituere debet quadrupli autem pœna non debet antequam repetundarum à iudice reus pronuntietur idem
81 & in vsurario iuris est qua ratione excommunicationem ipso facto illatam hic & alibi ante aliā iudicis declarationem incurri verius est vt diximus suprà.numer.74.quia potuit lex pontificia ex iusta causa, vt est pertinacia in sequestri violatione, vel fructuum occupatione violantem priuare suffragijs impediendo ne illa adquirat vt suprà diximus inde etiam spurius ipso iure incapax in autheutica ex complexu. C. de incestis nuptijs aliquid ex paterna hæreditate capiens illud ante aliam declarationem restituet quia prima adquisitio illi iuste prohibita est contraria tamen ratione iudicis pronuntiatione opus est. in specie cap.licet canon de electione in.6.cap.licet episcopus.2.part. de præb.in.6.cap. cum secundum leges de hæreti.in.6.cap.1.de homici.lib.6. eademque ratione sequestrum in specie. dict. clementi. violans non antea iure suo priuatus est
82 quam à iudice pronuntietur quod ex superioribus satis liquet, & in dict.clemen.agnoscunt gl. ver.cecidisse Ancarra.num. 8. Cardin. in eadem clemen.§. 1.nu.7.Imola.num.22.Bonifa.nu.10. Didacus Perez dict.libr. 3.col.1139.ver.quærere oportet vbi plures allegat.

Cum itaq; constet quod sequestri violatione pronuntiare necesse est à quo iudice debeat pronuntiare ea ratione disputatur quia cum causa apud curiam pendente ordinarius cognitionem non babeat, nisi quatenus committatur eidem, & huiusmodi cognitio non sit commissa videtur prohibita contrarium tamen ea ratione probatur, quod de hoc non agebatur in curia, sed hæc ratio facilè reijcitur cum sit accessoria quare alia traditur quod huiusmodi delictū in sua diocesi committitur, & ideo de eo potest cognoscere vt sequitur gloss. versi. cecidisse in dict. clemē. & constat ex.cap.fi.cap.cum contingat. cap.postulasti, de foro competent. cap. 1. in princip. de priuilegijs libr.6.cap.de cætero de re iud.cap.super eo de officio delegati cap. per tuas de maioritate, & obedientia, & ita probant. d.glo.ver. decidisse in clem. vnic.communis secundum Ancar. numer. 8.Imola.22. Cardin.§.1.numer.7.& ibi Bonifacium.num.10.

83 Quæ iuris traditio locum non haberet si sequestrum non rite, & cum debita fieret forma quia cum nullum sit.argum.l.cum ij.§.si pretor.ff.de transactio.cap.detrahe.quæsti.1.ca.1.de his quæ fiunt à prel.eius violator non poterit.dict.pœna mulctari Hieronymus Gratus responso.28.nu. 84
3.libr.1.Paul.paris.consil.41.nu.23.lib.1. & cōsi 107.lib.3.in qua specie legitima foret à iudicis declaratione appellatio, & idem esse si appellatur ab huiusmodi excomunicationis & priuationis declaratione probant expresse.Cardi.dict.clem. §.1.num.10.& Bonif.ibid.num.11.&.12. dicentes interim non esse euitandum ex cap. solet in fine de sententia excommunic.lib.6.cap. peruenit el primero de appellatio. cæterum hac in re 85
alucinantur quia pœnam ipso iure illatam certū est statim deberi, & iudicis declaratio iuxta receptas traditiones desideratur non ad hoc vt debeatur sed vt executioni mandetur, & sic appellatione non impeditur executio pœnæ ipso iure illatæ vt probant omnes suprà allegati.num.79. & nos latissimè probamus in dict.cap.plerumq; de donatio inter virum sed in.d.clemen.priuatio ipso iure inducitur vt & ipsi fatentur Cardin.& Bonif.ergo post iudicis declaratoinem executio
86 appellatione non impeditur quod in excommunicatione absque disputatione affirmandum est, & in ea nullo iure. Cardin.& Bonif. deffendi possunt siquidem vt diximus. nu. 81.excommunicatio ipso iure illata statim committitur absque alia iudicis declaratione quæ in hoc casu necessaria non est cum non sit pœna nec priuato iuris nostri plene quæsiti sed lex impediens suffragiorum adquisitionem quod ex causa recte fit vt.d. numer.81.& latius in dict cap.plerumque, & sic neque est necessaria declaratio nec si fiat potest impediri per appellationē vt resolutum est quia appellatio post incursam ipso facto excommunicationem inutilis est.ca. pastoralis de appellatio cum alijs suprà.

87 Sequitur in clem.(præmissis ne dum circa futura sed etiam circa per appellationem pendentia negotia obseruandis) legis illud proprium est vt sui natura futura nō præterita respiciat quod significauit Vlpia.in.l.cum lex.22.ff.de legib' tex. in.l.3.& melius in.l.leges.7. C.de legibus aut. vt cum de appella. cogni.in prin.colatione.8. bon' tex.in.c.2.& melior in.c.fin.de cōstitutio. vbi latissimè Abb.Felin. Decius Mantua Veroius Andreas ab exea Bartol. in.l.omnes populi. q.5. & ibi omnes repetentes. ff.de Iusticia & iure Felin. & Paul. Paris. in capitul. vltimo de præscripto. Alexand.consil.7. volumi.2. Nauar.in capitu.si quando folio.66. de rescriptis Dominicus Soto de Iusticia & Iure libro. 1.quæstio. 6. articul.7. Menochi. de arbitra.casu.185.numer. 1. obtinet tamen ea sententia nisi contrarium lege exprimatur tunc enim, & præterita & præsentia respicit ex dact.l.legis, & dict.authenti.& ita docuit Gregerius. 9. in dict. capitul. fina. de constitutio. & sic obseruatur in clementi. vt ij. qui de ætate, & qualitate in clementi. dispendiosam de iudicijs, clementina prima de reiudic & optime

hic ex quibus legislatoris in commune bonum aliquid statuentes etiam causas pendentes nõdũ finitas illa lege ligari præcipiũt quod & in Tredẽtino plerumq; fit & in Hispania frequẽtissimum est ac proinde cum clem. vnice de sequestratione dispositio equitate consistat vt diximus à n.9.& in bonum commune tendat etiam præterita ligare voluit tex in.d.clem.& ibi glos. ver pendentia communis secundum Cardin. & Bonifatium in §.præmissis.

88 Sequitur in.d.clem. (nõ obstante si contra præfatam sentẽtiam de nullitate forsam opponatur) in hoc tex.in.d.cle. celebris est quia cum sentẽtia nulla sententia nõ fit, nec sententiæ nomen habere mereatur, & inde nec executionem. l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.l.non putauit.l.nõ quæuis.ff.de bonorum possessionibus.ca.fi. de re iud. lib.6.Bald.in.l.1.C.si à non comp.iudice, Bartol. Iass.& Ripa late in.d.§.condemnatum, & omnes infra allegãdi. Vnde cum in illius clem. sequestro sententiam curiæ præcedere contra possessorem necesse sit vt sequestratio fiat, & sententia nulla non dicatur sententia videbatur quacunq; nulli-

89 tatis exceptione sequestrum impediri, & in hoc tex.est celebris non impedire sequestrum in specie.d.clem.per nullitatis exceptionem & ita obseruat glo.fin.Ancarra.nu.9.Imola.n.22.Cardin.§. fin.nu.1. & Bonifacius ibidem & omnes statim allegãdi cuius rei ratio est quod cum sequestrum vt prædiximus in illa specie tanta æquitate consistat, & adeò vtile reputetur si nullitatis exceptio ad impediendam sequestrationem admiteretur vix aliqua fieret sequestratio parum enim foret nisi in dies subberteretur, & euanesceret qua ratio

90 ne Clemens Quintus disposuit. Nõ esse admittendam nullitatem ad impediendum sequestrum, & hanc esse decidẽdi rationem, quare reijciatur nullitatis exceptio, agnouit.glo.fi. in.d. clem.& probant communiter omnes supra allegati Cardina. Ancarra Imola, & Bonifac.in numeris suprà relatis, & ita probant infra referendi.

91 Cęterum illa sentẽtia ita probata & recepta intelligi debet quando sententia apud curiam lata impugnaretur ex aliqua processus, vel sententiæ nullitate quam nõ admitti voluit tex. in.d.clem. & probant relati maxime Bonifacius.§. fin nu.5. at vero si esset nullitas ex defectu iurisdictionis proueniẽs impediret vtiq; sequestrum quia cum in.d.clem.requiratur sententia, debet intelligi de sententia à iudice lata, & ita interpretandam esse d.clem.argum.est Vlpiani Responsum in.l.2.§. fin.ff.de pœnis, & text.in cap.cum in iure.31. de officio delegati, & ita obseruat glo.fin.in.d.clem. & probant Cardin. Ancarra.& Imola contrarium tamen defendit Bonifac.nume. 5.volens omnem prorsus nullitatis exceptionem excludi in. d.cle. etiam si, ex iurisdictionis defectu proueniat, & glossam reprehẽdit, sed fallitur quia si de defectu iurisdictionis breuiter constare potest sequestrationẽ impediri verius est, & cõmuniter receptum & ad hoc illam glossam dicunt communem, & insignem Alex. Abb. Felin. Iasso. & alij relati à Couarru.in prac.q.cap.25.num.4.& dixit magis communem Alex.consi.79.in fine vol 7. Bernardus Diaz regula.251. Ipolitus singulari. 10. Sebastia.Bancius de nullitate sentẽtiæ,tit. de nullitate ex defectu iurisdictionis.n.4.& Iacobus Menoc. de arbit.q.98.n.8.& ita secure obseruandum est.

92 Ex qua communi, Primo deducitur quod si lege statuo, vel consuetudine nullitatis exceptio excludatur, non tamẽ exclusa censebitur ea quæ ex iurisdictionis defectu prouenerit, & ad hoc prædictam glossam omnes laudant & extollunt, vt referunt Sebast.Bancius & alij.

93 Secundò inde etiam fit, interpretandũ esse tex. in clem.1.de re iudi.aduersus tres sentẽcias conformes excludẽtem nullitatis exceptionem, vt non obtineat in ea quæ ex iurisdictionis defectu descenderit, & ad hoc prædictam glossam dixit insignem Couar.d.n.4.Bantius & alij.

94 Tertio inde etiam verissima est dictæ clemen. vnicæ de sequest. interpretatio. vt non excludat nullitatis exceptionem ex iurisdictionis defectu prouenientem, & ita tenendum est.ex.d.gloss.& magis communi ex quibus omnibus satis patet in dict.clem.ius nouum & celebre versari quare absque alia dilapidatione sequestratio pendente appellatione fiat.& soluitur primum argument. quia in nostro text.cap. fin.necessaria est dilapidationis causa, quia cessat illa iudicũ authoritas, quæ versatur in dict. clem. quæ his absoluitur ad Dei optimi Maximi laudem deiparæ quæ virginis gloriam & Beati Iacobi honorem quibus patronis dum ipsius clemen. de interpretatione disputarem fœliciter in Vesperorum Cathedræ petitione obtinui.658.auditorum suffragijs, cum illustris & doctis.Doctor Martinus Busto.558.Valeret ꝙ cedat vtinã in publicũ omniũ vtilitatem.

95 Non obstat secũdum ex dict.l. ab executione & text. difficili in dict.cap.quoties, quia vtrique singulariter satisfaciendum est, & princ.tex.in.l. ab executione.C.quorũ appellationes non recip. elegans est in cuius.1.part.illi tres Cæsares rescribũt ab executione nõ appellari, vt constitutũ fuerat in.l.ab executione. ff. de appellatio. in.l.quoniam iudices.C.de appellat.in.l. executorem. C. de executione rei iud.nisi executor modum excedat, & in versi.à quo docent, quod si propter illũ excessum appellatur res mobilis sequestro datur & immobilis fructus sequestrantur. Ecce ergo pẽdẽte appellatione rem sequestrari. Siue desipet, siue non, & ita repugnat eũ in nostro text. dissipatio requiratur, vt sequestratio fiat. Quare glo.ver. in deposit.in. d.l.ab execut.intelligit illum text.

obtinere

obtinere in appellatione ab executione in appellatione tamen à diffinitiua nõ fieri sequestrum nisi fructum dissipatio fiat. Contrarium tamen probat gloss. hic vnica. d.l. ab executione intelligens quando possessor dissiparet. Sed damnata gloss. nostra. Verior & receptior est sententia gl.l.ab executione quod quando appellatur à diffinitiua sequestrationem nõ fieri, nisi de dissipatione constet, vt in dict.l. Imperatores. 21. §. fin. de appella. & hic, sed quando appellatur ab executione sine alia dissipatione sequestratio fit, quia vt diximus ab executore appellare prohibitum est propter iuris præsumptionem pro re iudicata facientem. l. res iud. 207. ff. de regul. iur. cap. cum inter, de re iud. cum alijs suprà & inde præsumitur malitiose appellare ad differendam litem. c. succitata in fine de integrũ restitutio. vt citra Abb. & alios magistraliter probat & late Asignius in praxi. §. 31. c. 18. Anton. Gabriel lib. 2. tit. de appellat. conc. 4. quare vt sequestratio fiat, ratio postulat quæ ratio cessat quando appellatur, à diffinitiua à qua appellatio indistinctè permittitᷣ, & inde nisi ex dissipatione sequestratio nõ fit ex. d. l. Imperatores, & ex nostro tex. ita interpretatur gloss. d. ver. in deposito, & ibi communis in. l. ab executione. Abb. in. c. 2. nu. 8. 2. casu suprà Corras. Miscel. lib. 3. c. 2. num. 9. 2. casu vt dixi in. c. 2. suprà num. 30. & ita obseruandum est quo ad in-
96 terpretationem. d. l. ab execut. Neq; obstat. eius argum. quia loquitur quando appellatur ab executore propter diuersam rationem.

97 Neq; obstat. 2. text. difficilis in. cap. quoties el segundo. 25. 2. q. 6. vbi si possessor appellat dum euentus causæ dubius est possessionis fructus sequestrantur ergo non est necessaria dissipatio quare plus interpretationes nostro, & illi text. assignantur.

Prior est illum tex. hodie correctum esse quia appellatione pendente nihil in possessione innouari iam dispositum est in capit. volumus. 16. q. 4. & in. c. 1. suprà quia ea ratione reuocatur sequestrum à Celestino factum ita glo. ver. sequestrentur in. d. c. quoties sed reijcitur quia, & post illa iura sequestrationi locus est hic & in. cap. 2. suprà & clemen. vnica isto tit.

Inde. 2. est illum text. interpretandum esse ex. d. l. Imperatores. §. fin. & ex nostro text. scilicet quando possessor appellans dissiparet glos. in d. cap. quoties sed cum diuinatoria sit nec literæ, vel originali conueniat non admittitur.

Tertio est quod intelligatur quando ab executione appellatur tunc enim absq; dissipatione fit sequestratio vt diximus ita. d. gl. in. c. quoties sed præcedenti ratione facile conuincitur.

Vnde. 4. est quod noster tex. & in. d. l. Imperatores obtinẽt quando appellatur à diffinitiua d. l. ab executione quando appellatur ab executore, & tex. in. d. cap. quoties quando appellatur ante diffinitiuam vt significant illa verba (quoties post auditã causam possessor appellat) nam tunc præsumitur contra appellantem sicut in executione ita veteribus placuerat Bincentio & Bertrando, & sequuntur Archidiaco. & Turrecrem. in. d. c. quoties sed ea interpretatio manifesta ratione conuincitur quia illo tempore appellatio ante sententiam permissa erat Iure canonico. c. ad Romanam cum sequentibus. 2. quæst. 6. cap. super eod. 12. cum multis de appellationib. vsq; ad nouas Trid. leges ergo sicut in appellatione à diffinitiua non esset absque dissipatione facienda sequestratio.

Quare. 5. fuit Cuiatius in notis ad Iulij Pauli receptarum sententiarum lib. 5. titul. 36. nouè ea iura intelligens scilicet. l. ab executione in possessore condemnato. l. impratores. impetitore condemnato appellante tunc dissipatio requiritur vt sequestratio fiat sic etiam Palatius Rubeus in repetitione. c. §. 18. in princi. & probatur in. d. l. imperatores. §. fin. ibi, (depopularẽtur ab aduersario) quasi dixerit authore appellante si eius aduersarius id est reus depopularetur, sequestratio fiat sed reijcitur Cuiatii intellectus primo ex nostro text. in quo Gregorius apertè docuit quod si fructus dissipentur ab appellante sequestratio fiat. 2. quia si pro possessore sentẽtentia dicta sit & actor appellet licet possessor dissipet nulla ratione probatur sequæstrum quinimo tanquam infesta prohibetur vt diximus in cap. 2. num. 20. maxime cum pro possessore lata sit, sententia, & iubetur magistratus authoritate pro qua præsumitur vt suprà. Tertio quia verba. d. l. imperatores. §. fin ibi. (ab aduersario) intelliguntur de Ipso appellante condemnato, & appellante & dissipante diciturque aduersarius, respectu actoris in cuius fauorem decernitur sequestratio vt glos. ibidem & in. d. l. ab execut. & hic & in. cap. 2. vbi communis vt, ibi dixi. num. 34. & 27.

98 Qua de causa. 6. interpretatio est illum text. non habere iuris authoritatem quia est Pauli Iureconsulti. d. lib. 5. tit. 36. vt aduertunt ipsius subscriptio & communis secundum Achidiac. & Turrecremen. & Couarru. resolutionum lib. 3. capitul. 14. numer. 4. versic. 1. vbi aduertit ex Tiraquelo & alij Adrianum Iulij Pauli interpretem fuisse, & miratur Gratianus relictis Iulij Pauli verbis interpretis lectionem trãscripsisse in dict. cap. quoties in cuius etiam subcriptione Anton. Concius ita obseruat, & vterque iuxta eam interpretationem verba vulgarium Codicum ibi (sequendæ) enmendant vt dicat (secundæ) & ibi (possessiones) vt dicat (pẽsiones) & hoc vltimum apud Iulij Pauli originalem literam extat sed illud sequendæ nec secundæ non extat quia eius verba sunt. (Quoties possessor appellet fructus medi-

medij temporis. Deponi conuenit quod si petitor prouocet fructus in causa depositi esse non possunt, nec recte eorum nomine satisdatio postulatur si propter prædia vrbana, vel mancipia appelletur pensiones eorum, vel mercedes Vecturæ etiam si de naui agatur deponi solet) hactenus Iulius Paulus cætera quæ in nostris extant addita sunt ab interprete vnde & illud planè fit quartam interpretationem à veteribus & Archidiacono, & Turrecrementa probatam non posse deduci ex Iulij Pauli verbis illa enim post auditam causam quæ nostris extant Pauli non fuere, & ita ariolatur dicentes illū tex. intelligi in appellatione ante diffinitiuam. 2. Secundo illum text. non habere iuris authoritatem antiquata enim censentur quæ in Digestorum, vel noui Codicis à Iustiniano probati volu. non reperiuntur. l. 2. §. hæc omnia. C. de veteri iure enucliando gloss. ver. tractatus in capit. 1. de rebus ecclesię in. 6. ibi recepta, & à Iassone in. l. 1. nu. 43. C. de summa Trinitate ac proinde ille text. in capitul. quoties neq; legis ciuilis nec pontificiæ athoritatem habet, sed tanquam apocripha refellitur, & sic soluitur secundum.

99 Ad tertium neque obstat tertium sequestrationem sui natura infestam esse, & prohibitam quia licet hæc regula verissima sit & iuris naturalis fundata principis vt probauimus in capit. 1. ad rationem decid. & in cap. 2. ad. 1. argumen. num. 20. ibi in pluribus limitari casibus late retulimus inter quos, & ille est quando possessor condemnatus appellat & durante appellatione fructus disipat coniunguntur enim præsumptiones altera quæ ex iudicis sententia oritur altera quæ ex disipatione deducitur ex quibus rem sequestro dari æquum esse Papirus Iustus recte censuit in dict. l. Imperatores. 21. §. fin. & Gregor. IX. hic quorum veram decidendi rationem assignauimus suprà numer. tertio & quarto. & ita argumen. satisfactum est regulam prohibite sequestrationis falli quando possessor condemnatus durante appellatione fructus disipauerit ita soluitur tertium.

100 Ad quartam neque obstat quartum appellatione pendente nihil innouandum esse ex pluribus iuribus in ipso. 4. argum. allegatis & alijs sed per sequestrationem innouationem fieri quia maior, & minor verissimæ sunt, & consequentia procedit regulariter non tamen in specie nostri text. & dict. clem. vnicæ illa enim regula, nil nouari appellatione pendente tot iuribus, & authoritatibus consistens vt probant omnes communiter in dictis iuribus, & inde regulam confecit Socin. regul. 21. & Dueñas. regul. 42. late & eleganter Couarru. in pract. quæstio. cap. 23. & cap. 24. Menoch. de arbitra. casu. 263. & antea. q. 90. numer. 59. decisio. Pedem. 5. & decisio. 131. Ioannes Baptista Asin. in praxi. §. 31. in principio & cap. 1. cum sequentibus ea tamen regula plures habet limitationes vt refertur à suprà allegatis, & inter eas hæc est satis necessaria quando appellans fructus disipat eiusdem enim regulæ ratione conuincitur appellans cum enim regula sit nihil nouari appellatione pendente & inde quę post appellationem fiunt attentatorum remedio ante omnia reuocari
101 fas est dict. l. vnica. ff. in. l. nouari. cap. post appellationem. §. appellatione. 2. q. 6. ca. non solum de appellatio. lib. 6. adeò quod etiam iudex à quo pēdente appellatione potest attētata plerunq; reparare. cap. cum teneamur. 17. de appellatio. vt ex communi probauimus in. cap. 1. supra num. 114. & attentatorum sententiam ante omnia, & prius quam de principali cognoscatur executioni mandandam esse ex eodem cap. cum teneamur, & ca. dilectę, & ibi Innocētius de maioritate & obediētia, Rota antiqua. 37. de reiud. Manfre. de attentatis lib. 2. conclusi. 90. Couarru. vbi supra & alij relati dict. nume. 114. Ioann. Baptist. Asini. §. 32. cap. 16. numer. 2. qua ratione nec post appellationem actor sequestrationem iure postularet nec iudex decerneret extra casum. dict. clemen. nec si etiam rationem consideres poterit ipse appellans disipare, quod si disipat iam & ipse regulam violat, & innouare censitur quo iure actor sequestrationem recte poterit postulare nec ipse appellans
102 qui disipat poterit contra sequestri decretum attentatorum remedio agere cum & ipse prius violauerit, & eius disipatio sequestro causam dederit satis iure probata, noua itaque fori iuris prudentia dicendum est appellantem qui disipat tāquā pendentiæ violatorem non posse attentatorum remedio excludere sequestrationis petitionem, vel decretum, & ita interprætandam esse prædictam regulam quartumq; solui argumentum.

103 Ad quintum non obstat quintum sententiam à qua appellatum est nullum sortiri effectum & inde cum hic fueri appellatum sententia nullum deberet parare præiudicium nec ex ea sumenda est præsumptio ad iustificandum sequestrum quia respondeo omissa antiqua interpretum disputatione an appellatio extinguat ex Iureconsulto in. l. 1. §. fin. ff. ad turpilli. cap. venientes de iure iuran. vel suspendat sententiæ effectum vt per totum de appellat. per leges ciuiles & canonicas quia receptius est suspendi sentētiæ effectum ex multis collectis à Couarru. dict. cap. 23. & à Menochio de arbitra. quest. 90. & casu. 263. num. 14. à Manfre. & Francisco Herculanis de attentatis in principio, & ab Octauiano in decis. Pedem. 5. à numer. 1. & decisio. 131. & ab Asinio. dict. §. 31. & 32. respondeo inquam non consequi sententiam suspendi ergo nulla pro ea facit præsumptio quia verius est dum non fuerit reuo-
104 cata pro ea præsumendum esse vt dixi supra nu. 3. sed ea ratione sequeretur quod etiam absque

disipa

disipatione posset fieri sequestratio quod vtique falsum est citra speciem. d. clem. vt sæpè repetitum est quare verior est intepræstatio superius repetita nume.4. coniungi scilicet duas præsumptiones quarum altera sine altera non sufficeret ad sequestrationem, altera est, quę oritur ex iudicis sententia ex qua præsumitur cōtra possessorem condemnatum.

Altera quæ oritur ex ipsius appellantis disipatione ex illa præsumitur minus iustè possidere ex hac disipantem de iure suo desidere, & ideò fructibus abuti vnde sequestrationi locus est vt probat hic Abb. nu.9. & diximus supra in ratione decidendi num.4. ita soluitur.5.

105 Neque obstat. 6. quod Gregorius hic, disipatione fundatur, sed propter disipationem etiam in.1. instantia sequestrationem fieri docuit Honorius.3. in capit. supra isto titul. Vnde nulla erit differentia.1. vel.2. instantiæ ad cuius argumenti explicationem principio sciēdum est disipationem sequestro causam dare nominatim in specie. d. l. Imperatores.21.§. fin. ff. de appellat. & hic & in cap.2. suprà, & quotiescunque fructus quos alicui restituere debet disipat vt diximus in dict. c.2. nu

106 26. disipare autem dicitur non solū qui rem suam male gerens fructus controuersiæ imprudenter profundit, & ipsis abutitur sed etiam qui vt homo industrius in suos vsus conuertit, & tāquam prudens paterfamilias expendit argum. l. si seruū quis.70.§. prætor ait. ff. de adquir. hæredit. l. Diu⁹ 5. ff. de petit. hæreditatis vbi gloss. Angelus in. d. l. Imperatores Bald. in. l. fideiussor.§. fin. ff. qui satisdare cogantur idem in. l. si seruum dict. §. prætor. Cuman. & Imola per tex. ibi in. l. is cui.§. qui legatorum. ff. vt in possessionē legatorum Areti. in dict.§. prætor. dixit communem Andreas Siculus in cap. fin. numer.74. de foro compet. Franciscus Curtius de sequestris. num. 9. & plures refert Marcus Ant. Nata consi.584. à nu. 3. cum sequentibus.3. parte consiliorum.

107 Contrarium tamen imo vt sequestro locus sit disipationem profuse fieri & male vti substantia sua necessarium fore arg. est text. in dict. l. imperatores.§. fin. ff. de appellatio. vb requiritur quod depopulentur fructus, vt sequestratio fiat. & inde proditus est noster text. exigens quod fructus disipentur, & in dict. cap.2. rursus quia disipationem semper vitio verti probatur in. l. lutius.38. ff. mandati. l. 1. de curatore furiosi. l. vbi adhuc.30. C. de iure dotium & in authent. de qualitate dotium.§. illud. versi. nos tamen, colat. 7. capit. fin. de fideiuss. cap. inter alia de immunitate ecclesiarum bonus tex. in cap. fi. de accusatio. & inde non sufficere, vt sequestratio fiat, quod in suos vsus prudenter tanquam industrius conuertat, nisi incipiat male vti substantia sua probat hic Cardin. Romanus in dict.§. prætor, Ioannes de Ananía in. d. l. imperatores.§. fi. & hanc veriorem dixerunt Andreas Siculus. & Curtius, vbi supracōtra communem. Quare inter veriorem & communiorem. Tertia est opinio quod si appellans in vsus suos conuertit industriè & prudenter, & est soluendo non dicitur disipare, nec sequestrationi locus erit, quia cessat præsumptio propter quam sequestrum fieri diximus in proximo argumento. num. 104. aut non est soluendo, & sequestrum fit si vero disipat, vel depopulatur, & tunc licet sit soluendo sequestrum fieri necesse est propter illas præsumptiones quas diximus concurre. d. num. 104. & num. 4. nec satis erit. quod sit soluendo quia dominus cui facienda est restitutio maiorem creditur affectionem habere ad ipsosmet fructus quam ad extimationem. d. argu. l. si in emptionem.36. ff. de minor. ea in conciliatione reducendæ sunt prædictæ communes opiniones, & ita interpreratur Angel. Areti. in dict. l. imperatores.§. fin. Abb. hic. nu. 8. &. 9. & hanc veriorem dicunt Marcus Anton. dict. consi.584. numer. 5. & Grego. Lopez in. l. 1. ver. desgastara. titul. 9. part. 3. quod in theorica & praxi obseruandum erit ad quod reducitur resolutio. cap.2. num.29.

108

109 Inde etiam si non disipat, nec in vsus proprios conuertit, sed distrahit an fructus sequestrari debeant quæstionis erat & sequestrationem fieri debere, nisi eorum qui absque periculo custodiri nō possunt, argum. est. l. Diuus.5. ff. de petitione hæredit. & si in conseruatione periculū est gloss. magistra. in. l. 1. C. si aduersus vsucapionem veniūt & precium sequestro datur, quia succedit loco rei. tex. in. l. si & rē & precium de petitione hæreditatis bonus tex. in. l. litibus. C. de agric. & cēsit. lib. 11. l. is cui.§. qui legatorum. ff. vt in possessionē legatorū. l. fi. ff. de adquirēdo rerū dominio. & dixi in. c.2. supra. n.45.15. casu. si itaque solū distrahat appellās posse sequestrari probatur ex. d. l. Diu⁹. & cum primū cœperit appellās male vti substantia sua optimum est argum. d. authen. de qualitate dotium.§. illud quoque versi. nos tamen, collatione.7. vbi si maritus cœperit male vti substantia sua dotis ex actione locum esse probatur ergo à fortiori sequestro locus erit & ita melius ex eod. text. probatur, quam ex alijs. quos allegant qui hanc cōmunem sequuntur Innocētius, Bald. Abb. hic, Ioannes de Anania, Angelus, Areti in dict. l. imperatores.§. fin. Anto. Nata. consil.584. num.6.3. part.

110 Quibus ita cognitis argumento respondendū est quod magna est differentia.1. &. 2. instantiæ quoad disipationem, quia contra disipantem postquam appellauit duplex est præsumptio sententiæ & disipationis, vt sæpè repetitum est, & ideo fit sequestratio hic, & in dict. l. imperatores, & probant Abb. hic, numero. 9. Marcus

Marcus Antonius Nata in dict. consil. sed contra dissipante in 1. instantia cessat sententiæ præsumptio, & ideo non fit sequestrum, nisi adeò profunderet, vt suspicaretur, omnia dilapidare, tunc si non esset soluendo fieret etiam vt diximus in ca. 2. num. 27. & probat Abbas Marcus Anto. Nata, & Gregor. Lopez, vbi supra. Neque obstat text. in dict. capit. 2. supra, quia ibi non dissipabat reus, sed ipse actor fructus, quos reo restituturus erat, vt ibi obseruat gloss. 1. & communis, vt ibi diximus num. 29. ita finitur sextum.

111 Neq; obstat. 7. satisdatione sequestrationem cessare ex dict. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisdare cogantur. l. Senatusconsult. ff. de officio præsidis l. litibus. C. de agric. & censi. libr. 11. cap. 2. de dolo & contum. & ita hic per cautionem appellantis sequestrum cessare debere, quia respondeo sequestrationem cautione tolli perpetuum non esse quod si non tolli quis affirmaret erraret vtique & ideo cum res periculi plena sit diximus quotiescumq; sequestratio fit ob contumaciam, vt in capit. 1. supra eodem capitulo secundo de dolo & contum. vel propter dissipationis periculum, vt in dict. l. Imperatores, & hic, & in capitulo. 2. supra, vel propter fugæ suspitionem, vt in dict. §. si satisdatum sequestrum cautione tollitur, & idem iuris est quotiescumque periculo sequestri per cautionem tollitur. Vnde si fit propter scandalum inutilis erit satisdatio, vt diximus in cap. 1. nu. 49. & in

112 cap. 2. num. 61. hic num. 25. Qua ratione in specie clem. vnicæ de sequestratione. sequestrum propter sententiam in curia litam contra possidentē non cessare satisdatione verius est, vt diximus supra. nu. 25. quia nō tollitur authoritas iudicum in qua fundatur, at verò si ab ipsis curię iudicibus sequestrum propter contumaciam decerneretur, vel propter dissipationem tolleretur vtique satisdatione, vt diximus supra, num. 25. & in dict. cap. 2. num. 61. & 62. quod si alius contingeret casus inspicienda erit subiectæ materiæ ratio ad prædictam interpretationē applicāda in qua illud semper erit obseruandum quod cum sequestratio sui natura sit odiosa infesta & prohibita, vt in dict. l. vnica cum alijs. C. de sequest. hic, & in d. capit. 2. & cap. si ex causa sequestrum fit data satisdatione cessare regulariter præsumēdum est, nisi euidens ratio contrariū postulauerit, vt in scandalo quod satisdatione non tolli palam est, vel in casu. d. clemen. propter auhoritatem iudicum Romanæ curiæ cui satisdatio non detrahit aliàs satisdationem admitti Iureconsultorum responsa & Cæsarum rescripta demonstraut. ita enim Marce. in l. Senatusconsult. 16. ff. de officio præs. docuit satisdationis periculum est iuxta interpretationem. glo. ibi fin. & in l. qui iurisdictioni, vbi Bartolus & communis. ff. de iurisdict. & l. 9. titu. 4. part. 3. lite contestata fit sequestratio, aut satisdat rem sisti, vel exhiberi siue committi, siue liberto siue libertino, vt iuxta vulgarem literam, & veriorem probant, ibi Bartolus, Baldus, Alueric. Eguin. Corras. Costa. Oroz. Gueuara, num. 1. nihil enim refert quo ad legis interpretationem, nec alia inter Albericum Alciatum & Gueuaræ disputatio an obtineat in iudicibus annalibus, vt Alberico placuit, vel perpetuis magistratibus secūdum Altiatum, vt explicat Gueuara, idem Vlpianus in dict. l. si fideiussor. §. si satisdatū. ff. qui satisdare cogantur, si satisdatum non sit sequestrum desiderat, vt in prædictis locis satis resolutum est, idem docuit ipsemet Vlpianus in l. Diuus Pius. 5. ff. de petitione hære. ibi. (aliquid ex ea distrahere, nisi maluerit pro omni quantitate satisdare) difficilior causa est in l. ab executione. C. quorum appell. non recipiantur, an illud sequestrum satisdatione impediatur, sed impediri, verius est quia idem ius est in appellante ab executore quod in appellante à diffinitiua, qui dissipat, sed hic satisdat ergo & ille idem in l. litibus. C. de agric. & censit. libr. 11. & ita quo ad alios casus. Quibus & argu. absoluitur, & text. in Dei optimi maximi laudē Deiparæq; virginis gloriā & Beati Iacobi honorem vobisq; auditores optimi mihiq; fœlix faustumq; sit.

FINIS.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm